

A

458

---

IV.





1964

FOTO  
NR



MTA KÖNYVTÁRA  
KÉZIRATTÁR

FÖGTVD. ÁLT. 4° 96.

STEINBERG, CAROLUS  
JURA SAXONUM IN  
TRANSYLVANIA PRIVATA

KÉZIRAT, 18. SZ. vége. 110 f.



72

72

STEINBURG  
CAROLUS  
—  
JURA  
SAXONUM IN  
TRANSYLVANIA  
PRIVATA

MIA





Sept. alt. 4<sup>o</sup> 96



In proprium usum de  
plum per Joannem Chri-  
stianum de Sachsenheim  
Anno 1806.



2

2

Jura  
SAXONVM  
in  
Transilvania  
privata

in hunc ordinem redacta

et  
Carolo de Steinburg seniore  
Regio Judice Inelytae Sedis  
Rupensis.

MACYAR  
TUDOMÁNYOS AKADÉMIA  
KÖNYVTÁRA

2



Prooemium.

In pristinis seculis usque ad initium Decimi octavi  
 crebri peste et fere continuo bello Transilvaniam de-  
 vastantibus, gentis Saxonica copia multo minor  
 fuit, quam nunc est. Merito domus in civitatibus  
 exiguae structurae et metui, in oppidis vero et pagis  
 fere omnes lignae et stramine tecta fuerunt, atque  
 partim ideo partim ob onerosas illis inherentes  
 praestationes, ut et quod in finibus locorum satis  
 spatium pro novis aereis et ubique abundantia ligna  
 ad edificandum nova domicilia suppetebant, faci-  
 li negotio et levi metui acquiri potuerunt. Prete-  
 rea singuli runculae agros pro exigentia rei suo  
 familiaris e fundis communibus sine difficultate  
 nanciscerentur, gramina denique communia  
 quotannis aequalibus sortibus inter se dividebant.  
 reliqua eorum requisita valde restricta et modica  
 ipsique aere et incolae in fundo Saxonico tunc degentes  
 a potiori acquiri opibus provisi fuerunt. Memorata  
 haec circumstantia inueat litigandi ansas suppetita  
 runt, quae in finali Decisioni subterfugii solita



solita plerumque non magni valoris fuerunt, unde raro appellationes contigerunt, et ad decidendum ejusmodi differentias indocti quoque iudices capaces, Statutaque pro deprecantibus iudicandi rationibus sufficientia fuerunt. Nihilominus tamen ipso eorum tenore sancitum est: ut in casibus, ubi motiva decidendi in brevi hoc Jurium extractu non reperirentur, ea in iure Imperiali i. e. Romano perquirantur. Omnium premissorum veritatem historia et Prothocolla luculenter demonstrant.

Abinde quod Provincia nostra sub potente protectione et glorioso Regimine Augustissima Domus Austriacae tranquilla floret, multitudo populi in fundo Saxonico tam intrinseca propagatione quam exterorum advenarum accursu, testante experientia magnum in modum aucta est: quamobrem omnes fundi antea deserti successive occupati, et plerumque domus non solum in Civitatibus sed etiam in permultis praecipue sumptuosiori ac solidiori modo edificatae sunt, igitur tam domus quam horti et fundi campestris cujuscunque speciei et cariiori pretio acquiruntur latius quoque ad alios modi obis

modernis temporibus oriri solite plerumque nullo majoris momenti sunt uti olim, et non raro occurrunt quaestiones juris, quarum directio in textu Statutorum non reperitur, verum iuxta superius memoratam in violationem e legibus juris Romani elicienda est. Ergo tam e recensitis rationibus quam quod in Statutis varia Leges obscure aut non satis Determinatae, quaedam etiam temporum circumstantiis aut positivis Ordinationibus alteratae vel abrogatae continentur. Schemata e Statutis, Legibus Romanis ad Constitutionem Nationalem quadrantibus, et e antiquis Consuetudinibus vi legum positae compositum in ordinem congruum ac perspicuum redactum, et circumstantiis modernis, in quantum fieri poterit, accommodatum necessarium et proficuum esse videtur, e quo tam litigantes partes suas defendere nitenti, an et in quantum ipsae circa objecta quaestioni substrate jus competet, intueri, quam vero iudices praesertim indocti cynosuram ad dirimendas obortas differentias promerere queant, et hac ratione refugium ad vastissimum Corpus juris Romani si non in omnibus saltem in plerisque casibus evitari possit.

Opus istud mentionato scopo adaequatum esse non dubitatur, atque salva auctoritate Sanctionum promissum et Administrationem publicam



publicam concernentium, pro interpretatione legum  
iudicialium haberi posse censetur, quamvis id iuxta  
aliam a Statutorum forma multum differentem di-  
spositionem concinnatum sit, cuius vero ratio in  
sequenti perhibetur: nempe bonus ordo, et natura  
rei exposcit.

Primum de civilium iurium origine, et legi-  
timis modis, modisque ea via pacifica acquiren-  
di, tractare

Postea, ad casus lesionis ejusmodi iurium refle-  
ctere, legibusque conformia remedia et modalita-  
tibus ad eorum reparationem in via juris indicare

Tandem mulctas et penas violatorum ejusmo-  
di iurium iuxta gradus moralitatis et sequela-  
rum, aut proportionem delictorum determinare.

Secundum hunc igitur ordinem opus in tres  
partes dividitur, in quarum singula numerus pa-  
ragraphorum a primo usque ultimum non inter-  
rupta serie continuatur, eo fine, quo citandi et  
perquirendi paragraphi tanto facilius  
possint.

Siquidem denique iur  
se vicissim semper con-  
sistentia circumstan-

totam tractationem, et quia hoc solummodo ad ius sacro-  
nicum privatam practicum restringitur; Definitiones  
ac theoreticae distinctiones juris in reale et personale  
sive in res vel ad rem penitus spectantur. est vero  
inde proflicentia magis determinata iura et obli-  
gationes pro possibili exacte et perspicue sub con-  
cernentibus titulis digeruntur: hic tantum magis  
nota et usitata distributio iurium in hypothetica, re-  
stricta et absoluta attingitur §. 5. 5. 6. 7. P. 1.

Ex eadem pro recensita ratione in hoc opere  
neque specialis tractatio de pactis, eorumque theo-  
retica subdivisio continetur; veruntamen essen-  
tialia requisita Contractuum civilium omnis ge-  
neris eorumque applicatio in 3<sup>to</sup> et 11<sup>to</sup> Libro 1<sup>a</sup>  
Partis ut et sub variis titulis aliorum Librorum  
distincte reperiantur.

Jurium



Jurium Saxonieorum  
Prima Pars  
de  
Juribus et Obligationibus Civilibus  
et  
legitimis modis  
ea acquirendi via pacifica.

2

Prima Partis  
Libet 1<sup>mus</sup> De juribus et Obligationibus generalibus  
Tit. 1. de eorum origine  
2. de eorum differentia  
3. de exercitio jurum pro arbitrio proprio.  
4. de eorum exercitio sub cura et directione aliorum.  
Lib. 2<sup>us</sup> De obligationibus et juribus specialibus, quibus proprietas sine equivalente vel compensatione acquiritur.  
Tit. 1. de reciprocis officiis et juribus conjugum respectu facultatum utrorumque.  
2. de officiis inter parentes et liberos, eorumque juribus reciprocis, et particulatibus.  
3. de jure hereditatis ejusque divisione.  
4. de jure hereditario circa domos in particulari.  
5. de tutela et Tutoribus.  
6. de juribus e Testamento.  
7. de juribus e donatione inter viros.  
8. de jure circa res inventas.  
9. de jure per alluvionem. Lib. 3.

6



Lib. 3<sup>us</sup> De iuribus specialibus, quibus proprietas  
erga proportionatam bonificationem sive  
aequivalens obtinetur.

Tit. 1. De emptione, venditione et cambio fundorum.

2. De commercio cum rebus mobilibus earum,  
que cambio.

3. De commercio et cambio cum pecoribus.

Lib. 4<sup>us</sup> De iuribus restrictis sine acquisitio-  
ne proprii domini.

Tit. 1. De pignoribus.

2. De mutuo, interusura, et cautione.

3. De locato et commodato.

4. De conductione, servitio et mercede.

5. De pactis socialibus commercialibus  
lucris causa.

6. De deposito seu concredito ad fideles  
manus.

I. Partis

Lib. 1. Tit. de origine iurium Civilium. 7.

Liber Primus.

De Obligationibus et Iuribus generalioribus.

Titulus 1<sup>us</sup>

De eorum origine.

§. 1.

Singula Societatis Civilitatis individua legitimis suis  
Principibus, Proceribus et Magistratibus, quippe, quibus  
eorum praesidium et iustitiae administratio incumbit,  
fidelitate et obsequio, toti denique Statui efficace viri-  
bus suis proportionato subsidio ad tuendum et promoven-  
dum emolumentum publicum obstricta sunt.

§. 2.

Pari modo officium humanitatis a cunctis homini-  
bus exigit, non solum neminem ledere vel violare, et  
suum cuique tribuere, aut pacifice relinquere, verum  
etiam ad tuendum et pro possibili augendam omnium  
aliorum prosperitatem sincere cooperari.

§. 3.

Demum quivis homo habet etiam internam obliga-  
tionem erga se ipsum ad sustinendam et meliorandam  
suam propriam sortem honesto negotio vel commercio et  
legitimis mediis quem scopum obtinendum aequo alio-  
rum ope

§. 11.



2. Li. I. De origine iurium Civilium.

§. II.

Acciproca recensitorum officiorum natura involvit  
quasdam facultates prestolandi vel postulandi, ut et agen-  
di, e quibus jura prosuunt, adeoque obligationes et  
jura vicissim cohaerere evidens est.

Titulus 2<sup>us</sup>

De differentia generali iurium Civilium.

§. 5.

Quaedam Jura tantum praesuppositionibus et  
Circumstantiis capitulis obnoxia inveniuntur, adeoque  
sunt hypothetica e.g. filius natus minor habet jus  
hereditarium ad domum paternam, si nimirum pa-  
ter eam usque ad obitum possederit.

§. 6.

Alia jura tribuunt alicujus rei usum vel fru-  
ctum sub stipulatione certis conditionibus, et dicuntur  
restricta, e.g. Paulus hortum Petri ignoratum vel  
locatum tenens, potest inde fruges capere, sed non li-  
cet ei arbores defecare.

§. 7.

Adhuc alij in Jura  
continua possessio usque

Parti 1<sup>a</sup>

Li. I. Tit. 2. et 3. De differentia et exercitio iurium.

libitu fundatur, quae absoluta vocantur. e.g. Cajus haereditate  
nactus sex boves, quatuor utitur vectura, unum vendit, alte-  
rum mactat.

Titulus 3<sup>us</sup>

De exercitio iurium pro arbitrio proprio.

§. 8.

Plenario jure in re vel objecto quodam pollenti fas  
est cum illo tanquam proprio libere agere, adeoque jus  
suum exercere, eique renunciare.

§. 9.

Veruntamen puberes duntaxat, nimirum 20 ce-  
latis annos completos habentes, sanaeque ratione praediti,  
aut persona muliebres jam nuptae, quia manus cum  
particeps est, sui juris esse censentur et pro talibus  
Legem declarantur.

Titulus 4<sup>us</sup>

De exercitio iurium sub cura et directione  
aliorum.

§. 10.

Minorenes, dementes, et notorii prodigi, quam-  
vis jure absoluti potiti, ab eorum tamen voluntario  
exercitio rito pro circumstantiarum qualitate,  
vel



Part 1.

4. L. i. §. 14. De exercitio Jurium sub directione aliorum.  
vel obligantur omnia sua negotia fructibus et annu-  
entis constitutorum Tutorum aut Curatorum subji-  
cere eorumque consilio obtemperare: vel vero hi au-  
thoritate praetoris plenaria facultate vicaria praediti  
omnia sine illorum concurrentia aut consensu per-  
tractant (§. 82.)

§. 11.

Suam admodum autem relationes et conditiones,  
quo secundum constitutionem nationalem Saxoniam  
subiri queunt, diverso sunt, ita etiam inde orientia  
magis determinata officia et jura, legitimam me-  
dia ea acquirendi varia sunt, sub sequentes tamen  
lectiones et titulos naturali serie digestos redigi  
possunt.

### Liber Secundus.

De obligationibus et Juribus specialiori-  
bus, quibus proprietas sine equivalente  
vel compensatione acquiritur.

Titulus Ius

De reciprocis officiis et  
respectu facultatum

Part 1.

L. 2. §. 1. De officiis et Juribus Conjugum circa opes. §.

§. 12.

Dum apud Saxonos personae utriusque sexus matri-  
monium inveniunt, plerumque intuitu suae opum usum vi-  
gentem praeconsecratione roboratum observant, quin  
particulare pactum sanciant vel ejus tantum mentio  
fiat. Juxta quem usum uterque conjugum tam omnes su-  
as et jam possessas, quam postmodum quocumque legitimo ti-  
tulo acquiras opes sine respectu discriminis qualita-  
tis aut quantitatis et absque ulla reservatione in com-  
munem Massam conferre solet.

Dantur quidem etiam casus, raro tamen, ubi Con-  
tractus ante nuptiales a memorato usu divergentes  
stipulantur; siquidem vero ejusmodi Contractus sem-  
per reservationes et dispositiones in casum mortis  
continent, sub titulo de Testamentis inserti habentur  
§. 119.

§. 13.

Quandiu praementionato solido modo conspederati  
in unione perseverant, possessio et usus omnium bonorum  
prenitatur communis est, et ambo habent aequale jus in  
illis, unde quovis vires suas ad promovendum commune  
emolumentum et averterendum detrimentum sedule  
adhibere tenentur.

§. 14.



P. I.

C. l. l. i. De officiis et juribus conjugum circa opes.

§. 14.

Si uxor vel maritus vel uxor ad plus acquirendum vel ad mutuum auxilium pro adversos casus incapax reddatur, jus tamen ejus proinde non tollitur, nec minuitur.

§. 15.

Quum e contra unus, vel alter thalamii consort obligationes suas in negotiis oeconomicis temerarie negligit vel violat, vel aliquis e communibus bonis sine consensu alterius distrahit, vel permutat vel vero prodigit: alteri competit actio contra eum coram competentente foro seculari, et petitio, ut ad satisfaciendum suo officio adigatur, atque pro qualitate peccati puniatur, aut etiam si necessitas egerit, pro prodigo publice declaretur, consequenter accusanti etiam competit jus quamcumque ab alienationem se in seio vel invito a consorte tentatam, inhibere, vel peractam rescindere et annihilare opere judicis (l. 23 §. 1)

§. 16.

Porro nec maritus uxorem, nec uxor maritum durante matrimonio propter communionem bonorum sibi separatim vendicare potest; sed post mortem alterutrius, vel soluto pro fornicatione matrimonio ejusmodi seorsum

P. I.

L. l. l. i. De officiis et juribus conjugum circa opes. 7.

Eodem modo legata quoque conjugum destinata, non nisi post obitum testantis a superstite occupari et separatim possideri queunt.

§. 17.

Divortio legitimum matrimonii ob probatum delictum rei a competente tribunali decreto et executo, ac divisione legali modo instituta, pars convicta tenetur innocentem quattalitem suam rate pendere (l. 38 §. 1)

§. 18.

Si vero Connubium e rationibus validis pro illegitimo et nullo dijudicatur, et declaratur, quibus, quae antea habuit, vel interea hereditate aut donatione accepit, retinet, acquisita dumtaxat dividuntur.

Nota. Causarum divorcialium tractatio, Decisio et executio competit Foro Ecclesiastico.

Titulus 2<sup>us</sup>

De officiis inter parentes et liberos eorumque Juribus reciprocis et particularibus.

§. 19.

Parentibus quidem natura imponit liberos suos tam vigerosos, quam imbecillos, aut vitio corporis vel mentis laborantes iuxta suum statum vel conditionem et facultatem nutrire, vestire et educare.

§. 20.



## 8. L. 2. §. 2. De officiis inter parentes et liberos eorumque juribus

§. 20.  
 Quae vero parentes liberis suis ultra memoratam proportionem praebent, vel pro eis expendant, ea tanquam mutuata exigente necessitate repetere et recipere, vel illis in ratam hereditatis imputare pro suo arbitrio possunt. In posteriori casu ejus modi subsidia, nisi parentes ex se sese condonaverint, a percipientium rebus occasione divisionis defalcantur, vel compensantur. (c. §. 110.) Ad hanc categoriam pertinent:

1<sup>o</sup> Suppellectilia, utensilia, et vestimenta &c. quae liberi celebrato connubio, vel adeptis alio proprio vivendi modo, a parentibus in subsidium accipiunt et in utilitatem suam adhibent.

2<sup>o</sup> Erogationes in nuptias, vel incorporationem in contubernia facta, vel pecunia parata ipsis tradita.

3<sup>o</sup> Quae inferioris conditionis homines in liberos suos ad eminentiorem statum per scientiarum aut mechanicarum artium studia preparandos et excolendos impendunt.

4<sup>o</sup> Si quis etiam potioris characteris in educationem alicujus liberorum suorum, quamvis conditioni suo convenientem plus impenderit, quam in reliquos, id illi imputari et annotari potest, aequitas tamen postulat ut tantum quantum interea in domo paterna, si ibi moratus fuisset, victu et amictu ordinario consumpsisset, de ejusmodi expensis intertentio ad convenientem

requisitis consumpta talis  
 §. 119.

## L. 2. §. 2. De officiis inter parentes et liberos eorumque juribus. 9.

§. 21.  
 Itaque nec licet liberis miris parentibus ex eorum bonis quicquam sibi vindicare vel abalienare, neque eorum respectu pecuniam mutuo levare, vel res in creditum accipere. Quod, si nihilominus liberi fecerint, parentes ad solvendum pro illis adipi nequeunt, sed possunt jure bona sua taliter ablata sine relictione revindicandi.

§. 22.  
 Multo minus tenentur parentes in fontes pro liberis delictorum reus et convictis mulctam pendere, vel poenam aut jacturam pati. Verumtamen si parentes facinora liberorum nondum notoria animadvertunt, omnino obstricti sunt eos ad clam reparandum damnum causatum severe impellere, quin tamen eos denuncient, quia proditio proprii sanguinis contra naturam est. l. §. 92.

§. 23.  
 Libero e contra stricta obligatio est parentibus, quam qui sub eorum potestate et cura sunt, pro capacitate et viribus suis fertilia, labores et adiutorium prestare, quin mercedem exigere liceat.

§. 24.  
 Imo dum parentes calamitatibus obruti sine adipiscendi sublevantur liberos ad aliorum ferocia vel labores mittunt, hi parentum jussu exequi et mercedem acquirantem eis in solatium creditare tenentur.

§. 25.



P. I.

l. 2. §. 2. de officiis inter parentes et liberos eorumque iuribus.

§. 25.

Dum vero statu rei domesticæ prosperiore unus vel alius e liberis annuentibus parentibus ceterum servitium subit, reliqui autem domi pro intentione parentum vel pro augendo communi bono familiae laborant, cuius etiam emerit oris fervientes occasione divisionis hereditatis participes fiunt: usitatum et æquum est, ut hi quoque partem suam dimidietate mercedis illuc contribuant, reliquam partem, si interea a parentibus nihil perceperint, pro se retinendo, vel si quid perceperint, id quoque rebonificent.

§. 26.

Si denique omnes liberi cum consensu parentum et absque eorum sensibili derogatione aliis serviendo quidquam lucrantur, cuius illorum integrum est, acquisitum suum pro se retinere.

§. 27.

Dantur etiam casus et media, quibus liberi sub parentum potestate constituti proprietatem cum jure absoluto et exclusivo adipiscuntur, utpote per hereditatem, donationem tam mortis causa, quam inter vivos, ut et inventionem. De modo ejusmodi bona administrandi sub titulo de Tutela agitur.

§. 28.

Dum liberi ejusmodi bonam et emancipationem nacti

P. I.

l. 2. §. 2. de officiis inter parentes et liberos eorumque iuribus. II.  
tractare conantur, ea a parentibus repetendi et occupandi illisq; utendi et fruendi plenum jus habent. l. §. 86. l.

§. 29.

Completur etiam liberis in casu detractionis aut deteriorationis ætio contra parentes de plenaria satisfactione et indemnificatione.

§. 30.

Aut parentibus per sinistra fata sine propria culpa in egestatem reductis, ac ad omnia exhibenda imparibus, officium internum moralitatis et religionis excigit, ut proles illis parcant, vel etiam necessitate preesente, illis pro possibili succurrant.

§. 31.

Si e contra parentes per negligentiam vel prodigalitatem semet temerarie in penuriam precipitantes bona proleum diminuerint, horum obligatio moralis in processu dente §. mentionata cessat, et si ultra adhuc debita contraxerint, liberi ab omni onere solutionis pro illis plane immunes manent.

§. 32.

Perinde liberi sceleris patri, parentum propria culpa et noxa poenitentium, ad luendum vel solvendum pro eis nequaquam cogi possunt. Latentia adhuc malefactorum parentum patefacere natura et nexu sanguinis arceat, nec lesa postulat, eis vero ad reddendum saltem clam damnificationem solvendam, perfradere probe convenit. l. §. 22. l. §. 1.



P. i.  
l. 2. §. 3. De iure hereditatis ejusque divisione.

Titulus 3.  
De iure hereditatis, ejusque divisione.

§. 33.

Dum occasione dividende hereditatis participet omnes  
majores sui quoque juncti sunt, nec aliud obstaculum subvertat,  
licet eis e communi consensu divisionem sine divisoratu per-  
agere, et pro lubitu inter se complanare. Notificandum ta-  
men est prius propositum Divisoratui, ut intueri possit,  
an non impedimentum quoddam legale obviam sit. Ubi  
duo duntaxat condidiventes puberes sunt, etate majori  
compretit totam Massam in duas aequales partes divide-  
re, juniori vero optio.

§. 34.

Si e contra inter heredes sive ab intestato sive Testa-  
mento institutos, impubes vel coecus, vel surdus, mutusque  
existit, vel legatum pro publico aut pio usu destinatum  
est, vel denique heredum unus vel alius, quamvis omnes  
sui juris sint, in privatam divisionem non consentit, di-  
visio per divisorale officium indispensabiliter tractan-  
da et exequenda est.

§. 35.

Cui post obitum relinquuntur hereditatem cura et ad-  
ministratio bonorum dividendorum intermi-  
is divisionem intra prescriptum t  
nempe si fuerit viduus, intra duo  
cienter ratione more, intra tres

manet,

ut  
110.

P. i.  
l. 2. §. 3. De iure hereditatis ejusque divisione.

13.

intra unum, aut demonstratis validis impedimentis intra duos  
Menses sub poena 25 fnoz, in casu neglectus, si vero Coheredum  
frater, vel soror, vel Tutor, statim et sine omni dilatione  
ordini et in continuatione non interrupta perficere vel per-  
fici curare tenetur. Morosus officium adurget.

§. 36.

Porro incumbit ejusmodi Curatori bonorum singula il-  
luc pertinentia objecta accurate producere et indicare, imo  
si condidiventes postulaverint, juramento firmare, quod ni-  
hil celaverit.

§. 37.

Si durante, vel peracta divisione detegitur, ali-  
quem ex heredibus quidquam e Massa communi ex propo-  
sito abalienasse, vel celasse, convictus amittit suam par-  
tem ex objectis delicti, e quibus Divisoratus sextam partem  
pro se retinet, reliquas partes ceteris Coheredibus distribuit.

§. 38.

Dum denique quidam alii errores in prejudicium  
unius vel alius heredis sub opere divisionis irreptosce ani-  
madvertitur, intra annum a conclusione divisionis nicho-  
ando eorum pervestigatio et emendatio coram foro compe-  
tente quari et obtineri potest.

§. 39.

Ad evitandum vero pro possibili defectus, et attin-  
gendum se. et actum scopum, omnia divisioni obna-



P. I.

114. L. 2. §. 3. de iure hereditatis ejusque divisione.

obnoxia objecta congruo ordine, nempe: prius fundi, deinde mobilia sub titulis secundum diversitatem specierum distinctis in Inventario conscribuntur, per honestos viros nec quatuor pro vero valore aestimantur, et pretia illis adficiuntur, haecque demum in summam rediguntur.

§. 110.

Bonis debitis passivis oneratis, ad quorum categoriam etiam a parentibus accepta subsidia §. 201 pertinent, summa debitorum a summa Massa subtrahitur, et tantum residuum divisibile manet.

§. 111.

Et substantia a debitis immuni superstes conjugis prius donationem pro rogativam seu pro loto computandam excipit, quae vero cessat, si legatum habuerit nisi illi renunciavent.

§. 112.

Penes dotem pro rogativam caput supervivens maritus duas tertialitates omnium bonorum, quae collectivè vestis nominantur, uxor vero unam, quae triens dicitur solent.

§. 113.

Si ante connubium celebratum inter conjuges in ius contractus, a consuetudine diversus non contrarius existat, illius tenori o

P. I.

L. 2. §. 3. de iure hereditatis ejusque divisione. 15.

§. 114.

Legata Mariti e Besse, uxoris vero e triente exscinduntur.

§. 115.

Et Besse porro vidue competentia pro educatione prolium minorum, scilicet a primo usque ad septimum aetatis annum hac proportione praenumeratur, ut scilicet: pro 1<sup>o</sup> aetate 7 fci pro 2<sup>o</sup> 8 fci pro 3<sup>o</sup> 9 fci pro 4<sup>o</sup> 10 fci pro 5<sup>o</sup> 11 fci pro 6<sup>o</sup> 12 fci pro 7<sup>o</sup> 13 fci computando, itaque in summa 28 fci pro primo 27 fci pro ultimo 28 fci et sic porro. Si interea ejusmodi alumnus ante completum 7<sup>o</sup> aetatis annum nuptus, mater reliquum ceteris proliis restituere tenetur. Patri vero hoc titulo nihil competit.

§. 116.

Quae demum subtrahitur omnibus praereferentibus competentibus qua verus status aetivus dividendus remanent, in quo etiam a defuncto uni vel alii heredi antea praestita subsidia complectuntur §. 201 ea legitimis participantibus imputata cuiusque sua anticipatione non esse praesens condonata in sortem ipsius, aequa lance distribuantur.

§. 117.

Circa divisiones viget usus in civitatibus, ut eligente filio nato minori iuxta suam patris domum vel ejus Bessem, haeres ei citate proximius villam, ceteri in eadem ferie fundos campestres aequae optione mediante sibi adferant et unum alteri aequalem pretii sui fundi a se componant.



ib. L. 2. §. 3. De iure hereditatis ejuq[ue] divisione.

set. Res mobiles secundum ear[um] species sub varijs titulis con-  
signata in tot partes quot requirunt, repartiant, e quibus sin-  
gulis iterum quilibet heres in serie etatis a minori incipien-  
do sibi partem eligit. In oppidis et pagis vero omnia divi-  
sibilia tam immobilia quam mobilia obiecta, incluso etiam  
pretio sed non substantia domus, aqua proportione tam quan-  
tatis quam qualitatis et pretii adequati in tot rubricas  
et ratas quot dividendos sunt, digeruntur; deinde pro sin-  
gulo sorte imponitur, que successive extracte cuiusvis ratam  
determinant. In quibusdam locis, presertim ubi Matre divi-  
dendo pleneq[ue] equa esse solet. Dispartitur, pro suo at-  
tutrio cuius partem ejus assignat: In nonnullis etiam optio  
in praesenti est. Aequissima et securissima est divisio per sortes.

§. 48.

Proximi liberi sunt proximi et exclusivi heredes paren-  
tum, posthumis vivis idem ius competit: atq[ue] filii et filiae  
aqualiter participes sunt.

§. 49.

Etiam spurii per succedens matrimonium parentum  
legitimantur, et cum liberis in conjugio genitis aequali suc-  
cedendi iure fruuntur.

§. 50.

Si vero pater spurium ejus matrem sibi matrimonio non  
adjuvat, ille a genitore nihil pretendit, multo minus  
hereditatem postulandam habet.

§. 51.

At a matre caelibe natus §.

L. 2. §. 3. De iure hereditatis ejuq[ue] divisione. 11.

sive ab uxorato viro genitus, cum reliquis ejusdem mulieris  
liberis et thalamio legali generatis respectu matris aequalia  
iura obtinet.

§. 52.

Cum matre vero adultera, vel ex incestu progeniti spu-  
ri ab omni iure pretensionis et hereditatis tam a matre  
quam ab ejus consanguineis penitus exclusi manent, ta-  
men matres illis misericordione obstrictae sunt, usq[ue] dum  
ipsi sibi victum acquirendi capaces evadunt.

§. 53.

Filio vel filia vivis suis parentibus decedente post  
se liberos relinquendo, hi in stirpem defuncti in concre-  
to succedunt, et ab avo vel avia eadem obiecta tam in  
quantitate quam in qualitate et substantia hereditate  
capessunt, quo eorum parenti, si superstitis fuerit, competi-  
sunt, nec ulla exceptio aut contradictio ob stare potest.

§. 54.

In linea recta dependente ius representationis et suc-  
cessionis seu hereditatis ad omnes generationes extenditur,  
nec ulla exclusio locum habet. C. 1. de coll. Nona. Novell. 118.  
Tit. 1. de hered. ab intest.

§. 55.

Si quis liberorum mox post obitum parentis ante  
divisionem in praesenti decesserit, ejus rata tamen, ac si vive-  
ret e bebo ve exscinditur, et inter parentem super



18. L. 2. §. 3. de jure hereditatis ejusque divisione.

superstitem et reliquas proles aequalibus partibus dividitur.

§. 56.

Filius vero vel filia caelebris post consummatam divisionem morientis parentis superstes heres universalis est.

§. 57.

Decedente e collateralibus prole defuit marito, Vidua dotem prerogativam et trientem, illius parentes, vel si fato functi fuerint, alii heredes legitimi bensem, obitu uxore viduus aequo dotem prerogativam et bensem defuncto parentes, vel illis non existentibus consanguinei trientem obtinent.

§. 58.

Nulli heredes in linea recta descendentes nec patrem vel matrem relinquenti, vivens adhuc paternus avus vel avia in bensem, maternus in trientem succedunt, exclusis illius fratribus, sororibus, vel aliis collateralibus.

§. 59.

Si tantum patris parentes vivunt, hi in bensem, et omnes ex eadem matre cum defuncto nati fratres vel sorores in trientem, si vero solum matris parentes supersunt, isti in trientem, et cuncti ab eodem patre cum defuncto geniti in bensem succedunt.

§. 60.

Deficientibus parentibus tam in descendente quam ascendente linea, succedunt defuncti superstes, penitus excludendo mortuos suos.

## L. 2. §. 3. de jure hereditatis ejusque divisione. 19.

sororum liberos.

§. 61.

Existentibus defuncti fratribus vel sororibus tam germanis quam ex patre tantum, priores unam tertialitatem prius pro se excipiunt, reliquas duas tertialitates cuncti aequalibus partibus inter se disperciunt: si vero penes germanos etiam uterini supersunt, germani duas tertialitates prius sibi adsciscunt, et reliqua una tertialitate cum uterinis aequalis rata percipiunt.

§. 62.

Non existentibus defuncti germanis sed tantum unilateraliibus fratribus vel sororibus, si ex patre in bensem, uterini in trientem succedunt. Existentibus tantum fratribus vel sororibus ex patre et ab alia parte avunculij vel materis, hi tantum unam, illi duas tertialitates obtinent, si de matris solum uterini vel uterino et in alia parte patris vel amito adsunt, priores triente, posteriores bese possuntur.

§. 63.

Dum non nisi filii vel filiae fratrum vel sororum ab intestato decedentis supersunt, jure representationis in stirpes sui parentibus succedendo eorum hereditatis participes fiunt, ita nempe ut cujusvis relicti in concreto solidem et eadem objecta nanciscantur, quantum et quo parenti competissent, exclusis omnibus remotioribus consanguineis, prout semper propiores remotioribus preferendi sunt. Deficientibus etiam illis, fratrum vel sororum nepotes, quos reliqui fratrum vel sororum descendentes usque ad trinepotes sequuntur, quippe qui



20. L. 2. §. 3. de jure hereditatis ejusque divisione.

qui omnes liberi nominantur, \* ad hereditatem in capita dividendam vocantur, observata praementionata relatione graduum et exclusione. Post eos admittuntur patruus et alii collaterales pro graduum ordine aequae capitalem partem paturi.

\* ff. l. 38. Tit. X. de grad. et affines. Cap. 10. §. 7.

§. 64.

Nulla vel Testamento vel hereditatis jure praedito consanguineo reposito, civitas vel Comunitas totam relictam defuncti substantiam occupat.

§. 65.

Ubi relicta facultates debita passiva eis in herentia non adaequant, licet hereditibus bonis cedere, sequae hae ratione ab omni solvendi obligatione immunes reddere, verumtamen valorem anticipationum a defuncto obtentorum quibusvis percipient tanquam praetensionem activam Masse restituerent tenent. licet porro hereditibus substantiam praesentis inventarium sub obligatione pendenda adaequata estimationis summa cum consensu fori vel creditorum ad se recipere, in quo casu ab illis plus exigere nequit.

§. 66.

Si vero heredes ejusmodi onerata substantiam non observata praementionata precautionem occupaverint, omnia a defuncti debita passiva liquida, quamvis plus importantia depurare obstricti sunt.

P. i.

L. 2. §. 4. de jure hereditatis circa domos in particulari. 21.

Titulus 4<sup>us</sup>

De jure hereditatis circa domos in particulari.

§. 67.

Paterfamilias domum vel sessionem suam nondum transmissam, §. 103. sed usque ad obitum pro se retentam, relinquente, ea pro illius temporis circumstantiis, uti reliqua quoque omnia substantia objecta per honestos reips. quatuor viros aestimanda est, ne reliqui heredes disproportionata vel ideata praetumetatione derogamen patiantur.

§. 68.

Quod hereditariam successione in donibus semper filii filiabus, et in genere heredes masculi foemineis preferuntur, ubi vero masculi non dantur, idem jus et omnes praerogative in sequentibus §is occurrentibus ad mulieres transeunt.

§. 69.

Inter filios natu minor est competentior heres domus vel sessionis, vidua matris vero manet tertialitas sive triens ex omnibus obsequiis usque ad obitum, de quo plura §. 77. tractantur, hic memorare sufficit, quodsi alii consanguinei defuncti heredes sint, etiam ex illis semper juniori successio in domo competat.

§. 70.

Successore legitimo subere et sui juris possessioni sponte renunciantem, jure capessendo domus transit ad ejus fratrem aetate ei proximam, nisi forte liberi jam adulti impetiant.

§. 71.



P.i.

22. L. 2. §. 4. de jure hereditatis circa domos in particulari.

§. 71.

Si vero circumstantia hereditatis junioris ita conditionata fuerint, ut domus vel sessio in ejus rationem usque ad ejus mortalitatem sustineri nequeat, nec ad solvendas hereditates et pretio domus forte participibus ratas fundus suppetat: annuentibus paternis et maternis et ipsani consanguineis proximis Magi. fratrique vel officio lactu approbante, domus fratri natiuitate propiori, vel hoc quoque occupationis incapace, alii e prolibus vel vero matri, vel etiam alii consanguineo, vel denique homini sanguine non nexo, observata solita modalitate, vendi potest. emtor autem liberis parentalibus ab officio expositis et sigillo publico munitis securus reddendus est.

§. 72.

Herede juniore post obitum possessionem in mlti decedente, ea ad fratrem ejus natu proximum transit, non ad matrem, in reliquo defuncti heredem universalem, veruntamen occupator tenetur matri pretium domus vel sessio valori pro illius temporis circumstantiis comensuratum solvere, quia interim vel melioratio vel deterioratio contingere potest, si subtrahit tamen nati forte fratribus ex illo obtinentibus, et ipsis met pendentibus.

§. 73.

Si filius natu minor vivis parentibus suis mortuus, relinquens post se liberos, hi ejus stirpi in pte, ab avo et avia posse decedente eandem hereditatis et singula objecta individua, quo parenti, si vi sequenter etiam domum obtinent.

P.i.

L. 2. §. 4. de jure hereditatis circa domum in particulari 23. in pcediverint.

§. 74.

Si defunctus propter imbecillitatem suppetiarum et ac. emptionis ab oneribus publicis indigent, durante vita domum suam, vel saltem sessum heredi alii cui jam cesserit, §. ibi: fac, quisitio illius quidem in vigore manet: tantummodo accurate erendum est, per quot annos acquiritor fratribus servita solita prestiterit. horumque importantia proportionata estimatione liquidanda a pretio domus defalceatur, reliquum ad Massam pendatur, ne heredes ceteri detrimentum capiant, uti antehac frequenter in ejusmodi casibus contigit.

§. 75.

Mortua uxore possessoris unica domus, ei sessio manet, licetq; etiam fruentem, fertilitatem metii totius domus solvendo ab hereditibus reluere, adeoque totam sibi vindicare. Quas vero domus possident viduus, eam, quam maritus, retinet, alteram hereditibus concedere, et valore adequato ambarum computata, ac ad heredes congruenter repartito eos contentare tenetur. Eiusmodi domum obtinet filius natu minor. Post obitum patris, hujus quoque domus eidem computatur, nisi ex alio patris conjugio progenitus minor filius existat, cui tribuenda est. Hoc casu non obvio, equitas posuit, ut filius utramque domum nactus saltem pro fratre obtentam alii fratri vel sorori resignet.

Si denique viduus adhuc plures domos habet, et illis duas ei obveniunt, reliquis inter liberos iuxta fecum et statum distribuuntur.

§. 76.



24. L. 2. §. 4. de iure hereditatis circa domos in particulari.

§. 76.

Possessore plurium domorum prius decedente, filius natus minor optionis iure gaudens unam sibi loco beſſis eligit, aliam vidua pro fructu obtinet, qua postea inſar aliorum proprie-  
tariorum pro lubitu et indulgentia legum uti, agere, et  
diſponere potest.

Si maritus in ſecundo quoque matrimonio adhuc plures do-  
mos possidet, etiam eius posterior uxor, co-orbata, eodem iure  
fruitur. Dum ergo talis vidua postmodum alii nubet, ut eiat  
domum adimplectur. Si vero in ſtatu viduali usque ad obitum  
perſistens eam sibi ſervat, eius filius natus minor ſuccedit  
in possessione sub obligatione tamen bonificationis pretii  
nova estimatione rite determinandi, si variata circum-  
ſtantia postulaverint.

§. 77.

Una druntascat domo a patre familias relicta, filius na-  
tu minor obtinet eius beſſem, vidua fructum §. 69. in habitatio-  
ne et usu ad dies vite, si nimirum iudicio officii ſeparabilis et  
liber fuerit §. 79. irrogata ei ſerialitate pretii totius domus  
et obligatione conſervationis ac reparationis propriis ſum-  
ptibus. Propterea etiam cum alio marito ſibi juncto habi-  
tationem et usum fructus imperturbate continuare fas est,  
ea vero obeunte vidua cum poſſeſſori beſſis reſignare, hic au-  
tem pretium ei jam inharens, vel variatis circumſtantibus pro-  
ſcientibus nova estimatione ſigendum legitimis pretenſionibus  
deponere tenet, ſubtractis tamen preſtitis ſortis ex pacto ſervi-  
tutis vel anticipationibus §. 74. ut

Non obſtante eo, quod maritus i

beſſis

25. L. 2. §. 4. de iure hereditatis circa domos in particulari.

beſſis mater fructum generaliter teſtamento legaverit, legitimo ſuc-  
ceſſori tota ſubſtantia beſſis ſine exceptione, vidua vero tantum  
fructus pro usu et reliquis  $\frac{2}{9}$  pretii in ore competunt §. 108. §.

§. 78.

Relicto ſecundo Coniugi etiam fructus domus pro habitacu-  
lo et usu, quando defuncti vidua manſerit duraturo assignandus  
est, quamprimum vero ad aliud matrimonium tranſierit, fructus  
poſſeſſori beſſis, erga deputationem pretii ei adhaerentis, et boni-  
ficationem meliorationum per honeſtos viros eſtimandarum,  
vel etiam ſubtractis reſerptis deteriorationibus cedendus est.

§. 79.

Si defuncti pater vel mater vel ambo vivunt reſervatum  
ſibi fructum poſſidentes, etiam illius uxor et ſucceſſoris in beſſe  
mater reſtricto druntascat habitaculo in beſſe vulgo incolatu  
conſentia eſſe debet, post obitum avi et avie fructus cum beſſe  
unitur: incolatum vero nec mater nec Noverca ad alia vota  
tranſeundo ulterius retinere potest, si poſſeſſor beſſis ei inha-  
rentem ſummam deſeruerit.

§. 80.

Si vero defunctus beſſem a focero in proprietatem obti-  
nuerit, et hic vel focer vel ambo reſervatum ſibi fructum  
poſſederint, id post eor mortem prius filia ſcilicet defuncti  
vidua, et non niſi hac quoque decedente poſſeſſori beſſis obvenit,  
non obſtante ſortis in ſecundo matrimonio pronata mole.

§. 81.

Contingente caſu, ut acquiſitor beſſis, cum alii conſan-  
guineo vel alieno vendat, poſſeſſor vero anterior reſervatum ſibi



sibi fruentem, tantum post ejus mortem cum esse unendum adhuc in usu et dispositione sua habeat, hic fruentis quoque pretium, ejus conditioni et circumstantiis proportionate, augere potest, nisi forsan pactum quoddam positivum auctori obfiterit.

Titulus 5<sup>tus</sup>  
De Tutela.

§. 82.

Quum minores, vel homines, qui ob alias causas non sui juris sunt hereditate vel aliis legitimis modis proprietatem nanciscuntur, illis Tutores vel Curatores constituuntur. §. 10.

§. 83.

Parentes sunt proximi naturales tutores liberorum suorum, nimirum matre mortua pater, patre mortuo mater, non obstante si foras alii nupserint, dummodo ambo conjuges bona virilis et in suis relictis seduli sint. Utroque parente orbatorum orphanorum tutelam suscipiunt viri, his quoque deficientibus, fratres germani aetatem 25. annorum complentes, vel sorores marito junctae una cum eo. Etiam his non existentibus vel non capacibus, alii consanguinei gradu proximiores, qui in casu mortis pupilli ejus heredes essent. Singuli ejusmodi consanguinei tutelam recusantes parvam suam data hereditatis occasione amittant, nisi validas rationes perhibuerint, ut propter officium publicum, vel continuam imbecillitatem, vel prementem paupertatem, vel numerosam propriam familiam.

§. 84.

Parentes possunt etiam durante vita liberis suis testamentaria et dispositio

his suis  
qui

qui, nisi validis rationibus propositis tutelam recusaverint, vel vero haud apti reperti fuerint, omnibus aliis praeferendi sunt.

§. 85.

Non existentibus, vel a natura vel per testamentum ordinatis idoneis tutoribus, munus Magistratus est cuius pupillo probum et bono conditionis tutorem constituere; et si talis vir plures pupillos suscipere voluerit, eorum illi concedere fas est.

§. 86.

Si pater tutelam gesserit, obligatur bona pupillorum ejus eorumque proventibus in bono statu conservare, eorumque suo tempore transponere, quae vero, procurata conservatione, vel reparatione, et molimine congrua intentione, remanent, pro se retinendi facultate pollet.

§. 87.

Si vero defuncto marito, tutela matri incumbit, ea tenet, pupillis de usibus fructibus bonorum ratione specificis demonstrare, quid inde perceptum, et quantum in quas necessitates erogatum sit, subtractisque ejusmodi erogationibus residuum rem una cum bonis, dum liberi adulti et sui juris fuerint, eis transponere.

§. 88.

Eodem modo etiam alii tutores obstricti sunt, concreditoribusque pupillos bene educare, eorumque bona sollicitè in eorum emolumentum administrare. Ejusmodi objecta pro diversitate naturae et qualitatis variis modis tractanda sunt.

§. 89.

Domus et alii fundi pupillorum elocandi, et Contributio ac reparationes ejus solvenda sunt, residuo in fundo manente



P. I.  
28. L. L. P. 5. de Tutela et Tutoribus.

manente: nulla vero e locationis occasione data, bona et alia  
proventibus in statu bono conservanda, vel si ex illis plus  
damni quam lucri emergere cernitur, vendenda sunt. §. 90.

§. 90.  
Res mobiles deteriorationi non adeo obnoxie, ut pretio-  
sa aurea et argentea, stannum, cuprum, suppellectilia  
ferrea et lignea domestica et oeconomica, vel instrumen-  
ta ad professionem pertinentia, tantum bene reponenda  
et conservanda sunt.

§. 91.  
Res vero usque ad maturam aetatem proprietarii vetera,  
scilicet et per tempus vel casus facile corruptibiles sine mo-  
ra venduntur.

§. 92.  
Pecora pupilli sine propagationis et commercii in ejus  
commodum, suppetente necessario pabulo, ferrari possunt: ve-  
runtamen perinde ob varia pericula, quibus exposita  
sunt, omnia bono pretio vendere, idque in lucrium adhibere  
fas est.

§. 93.  
Precipua facultates et omnes fundi pupillorum, nonni-  
si Magistratu vel Officiolatu scripta Resolutione approban-  
te vendi debent. §. 89.

§. 94.  
Eius incuria aut perfidia Tutorum e bonis pupillo-  
rum deficiunt, illi una cum usufructu in illis tenentur.

§. 95.  
Damna vero inevitabilibus  
exun.

P. I.  
L. L. P. 5. de Tutela et Tutoribus.

29.  
excandatione, terra motu, grandine, et procella, vel violentia la-  
tronum vel furto causata, Tutoribus imputari nequeunt, adeo-  
que nec resarcitione tenentur.

§. 96.  
Sumtus in victum et amictum ut et educationem con-  
ditioni pupillorum condignam requisiti e proventibus bonorum  
et in quantum hi non sufficiunt, ex ipsius facultatibus depre-  
mendi sunt.

§. 97.  
Ad accurate eruendum genuinum statum omnium an-  
te memoratorum casuum, et praevendum fraudulentas pro-  
varicationes tutores obligantur ad exhibendum quotannis  
Magistratui Ratiocinium super administratione sua, cui in-  
cumbit illud revidere ac censere, et morosos forte tutores ad  
id producendum adigere.

§. 98.  
Porro convenit Officialibus seu Magistratui, candidis  
Tutoribus mercedem opera sua meritam juxta proportionem  
negotiorum et operum determinare, et facultatem eam sibi ex-  
cipiendi scripta assignatione impertiri.

§. 99.  
E contra vero perfidos tutores statim amovere deceptor  
defectos ab illis sine mora complete exigere, et alios tutores  
constituere.

§. 100.  
Si ipsi Officiales vel Magistratus neglecta inuigilationis  
et aduersionis argui et convinci potuerint, etiam onus boni-  
ficationis damno in illis e proventibus administratione ortorum  
in illos cadit. §. 101.



§. 101.  
Pupillus libertatem et jus suum exercendi facultatem  
nactus, tutores omnes eorum bona una cum acquisitis subre-  
ctis vero legitime subtrahendis, erga scriptum recognitionis  
Instrumentum rite exhibere tenentur. Salva tamen actio-  
ne pupillorum contra Tutores, si postea experti fuerint se  
ab eis damnificatos esse.

Titulus 6us  
De Testamentis et Legatis

§. 102.  
Necessario qualitates Testamentum condere volentis sunt,  
integer usus rationis, vox et lingua intelligibilis, legitimaque  
aetas, nempe in sexu masculino 14. in femineo 12. annos comple-  
torum. ergo minores, mentecapiti, in morbo delirantes,  
ebrii, ut et surdi, muti quodquam mortis causa disponere non  
possunt, exceptis tamen e posterioribus, nature testamenti et  
scripturae gnaris propositum suum feribendo declarantibus.

§. 103.  
Testamentum debet potro omnimode liberam voluntate te-  
gantur legibus accommodatum continere, ergo nec minis vel vio-  
lencia extorqueri, nec fraude et dolo per persuasionibus elici,  
saliter itaq; machinatum Testamentum invalidum est, et  
ejus exoperator, aequae ac ut qui dispositionem in favorem  
aliorum intentam sufflaminat infidus, si haeres fuerit, to-  
ta sua parte ex hereditate spoliatur.

§. 104.

§. 104.  
Haeres in linea recta descendente, vel ascendente, vel  
germanos fratres sororesve habenti non licet plus quam tertiam  
partem sua competentia legare, nimirum si maritus fuerit,  
tertialitatem bessit, si uxoris, tertialitatem trientis, si caelebs  
tertialitatem totius substantiae, omnibus enim ejusmodi  
Consanguineis competit actio de inofficioso coram foro com-  
petente.

§. 105.  
Attamen parentes possent facultate sceleratos liberos  
penitus exheredandi, si nimirum probatum fuerit, eis infidi-  
as vita parasse, vel eos alio crudeli modo factis violentis vel  
calumniis vel divinis maledictionibus insultasse et laesisse, vel  
parentum opes diminuisse, vel eos in vitas deseruisse et ad oras  
incognitas transisse celando locum ubicationis, vel se latro-  
nicus associasse.

§. 106.  
Tanto magis integrum est alios Consanguineos ejusmo-  
di facinororum reos et convictos hereditatis expertes declarare.

§. 107.  
Siquis non malo proposito Consanguineis suis propor-  
tionem damnum inferendi, sed sincera intentione alium suble-  
vandi ei plus tertialitate legaverit, ea ignorantia legum,  
Testamentum propterea non cassandum, sed tantum juxta  
legitimum usum, et defalcatis inhaerentibus fors substan-  
tia passivis, proportionate modificandum est.

§. 108.  
Potro non licet haeres in descendente vel ascendente linea  
recta, vel fratres sororesve habenti alios fundos, quamvis pre-



P.1.  
32. L. 2. Tit. 6. De Testamentis et Legatis.

pretio tertialitatem concessam non superantes legare, quod si tamen contingeret, ejusmodi Confanguinei eos juxta valorem relucendi jus habent.

§. 109.

Qui denique nec in ascendente, nec in descendente linea recta heredes, neque fratres vel sorores habet, totam suam substantiam, cuiuscumque voluerit, legandi, et nemo de inofficioso querendi facultate gaudet, dummodo Testamentum Constitutioni Nationali et aliis Legibus contrarium non sit.

§. 110.

Decedente legatario ante legatum Testamentum suum non alterantem, illius heredes accipiunt postea legatum ipsi destinatum. Si vero in Testamento heredi instituto heres substitutus denominatus fuerit, hic ab illo legatum accipit.

§. 111.

Attribuendum Testamento sufficientem fidedignitatem in securitatem eorum, quos concernit, requiritur, ut testator dispositio, nec suas in casum obitus duobus vel pluribus ad illum actum convocatis et simul apud eum presentibus testibus clare proponat. hi vero sexus masculini, mature aetatis, auditu sano, et voce intelligibili, integro intellectu et proba deaetate praediti, nec testatoris nec legatariorum nimium propinquii Confanguinei s. P. II. §. 38. neque vero ipsi denominati heredes vel legatarii sunt. excluduntur a Testimonio etiam famuli domestici, excepto tempore pestis, in quo tam famuli quam muliebres persona testes testamentarios agere possunt.

§. 112.

Si Testamento plures legatarii ce

partibus

P.1.  
L. 2. Tit. 6. De Testamentis et Legatis.

33.

partibus provisi sunt, unus alteri vel ejus heredibus in casibus necessitatis attestari potest, nisi aliud impedimentum legale obstitit.

§. 113.

Dum nec Testator nec testes scribere sciunt, vel circumstantiae eos impediunt, hi post illius mortem coram heredibus et legatariis comparentes, eius defuncti ultimam voluntatem revelant, et relationem suam, si postulatum fuerit, juramento confirmant.

§. 114.

Si vero quis ultimam suam dispositionem scriptam reliquerit, ea in instrumento consignetur, idque coram testatore et testibus clare perlegatur, et si approbatum fuerit, appositio loco, anno, die, mensis emanationis, tam per testatorem, quam per testes propria manu subscribatur, et sigillis muniantur. Si quis eos scribere nescierit, alius nomen ejus scribat, ille vero digitale sigillum ante nomen suum imprimat. Atque Testamentum clausum vel patens maneat, ab arbitrio Testatoris dependet.

§. 115.

Homo scriptura gnarus jurisque peritus potest Testamentum suum solus concinnare, et sigillo suo obfirmare, idque clausum testibus proponere, declarando, suam ultimam voluntatem in eo contineri, qui requisiti, hanc declarationem intercedendo nomina sua subscribunt, et sigilla sua per se vel sigillum testatoris, utrinque imprimunt, eo fine, ut, si Testamentum celaretur ejus existentia demonstrari, et ut nec media ad ejus detectionem adhiberi, aut, si etiam coram productum fuerit, testes assecurare et cavere possint, idem esse originale ipsi p. 116.

§. 116.



§. 116.

Testamentum sigillis clausum per personam Magistratualem vel iudicalem in presentia heredum et legatariorum aperi. ri ac datum apertura ut et nomen aperiens super sigillis taxatis apponi solet.

§. 117.

Interca cuique ratione merito homini integrum est testa. mentum suum quoties ipsi necessarium videtur, alterare, adco. que vel ei quidquam inserta nota annexere, vel Instru. mento particulari relato tamen sub authentica testium adhuc aliquid aliud disponere, vel porro id simpliciter cas. sare, vel denique antea per posterius tollere: nisi vel inviolabile pactum eius basis, vel legatum remuneratio acceptorum beneficiorum sit.

§. 118.

Itaque etiam Testamentum reciprocum conjugum non nisi amborum consensu mutari vel plane tolli potest: iniquum enim et iniustum esset si alterutrum consortii thoralis membrum, praevidens se prius moriturum et ab altero ipsi destinato beneficio non fruaturum fore, alterum reciproce stipulato emol. lamento privaret.

§. 119.

Pacta quoque sponsalia a nubentibus in iure amborum bonorum sub quibusdam conditionibus a consuetu usu dicit. fit ante nuptias stipulata testamenta reciproca consensu, quia dispositiones in casum mortis unius alteriusve con. tinent: §. 12. Dum medio eiusmodi contractus quivis con. ius bonis alterius renunciat, quivis adhuc integrum est, tertiam partem sua particularis si vel eulcunque legare, nec ulla a thoralis vel

vel querela locum habet. §. 120.

Dum improles conjuges, vel alia solitariae personae aliquem in sui subsidium ad se recipiunt, eigo pro meritis vel merita. tis servitio profecto aequam remunerationem dant, vel spon. dent, praeterea adhuc unam tertiam partem reliquor. suor. bonor. legant, atq. ille obligationi suae sub praescriptis ei conditio. nibus suscepta fideliter satisfacit. offerentibus regredi non licet, nec eos haec rebus ulla contradictio et protestatio quidquam opitalatur. Quivis enim ratione merito homo potest facult. tati uni pro fidelibus servitio generosam remunerationem dandi, et alteri tertiam partem caeterarum suar. opum tan. quam merum donum in testamento largiendi, consequenter etiam utrumq. in unum idemq. subjectum conferendi, pra. terea perinde est, an remuneratio destinata ante vel post obitum exhibeat.

§. 121.

Testamentum in iure tam formalitatis quam materia ab omni exceptione immune iuxta expressam voluntatem conditoris exequendum est. Si in illo fundationes ad pias vel ad publicas causas, sive inter alia legata, sive unice continentur, ejusmodi objecta prius e. Mapa extractanda, et postea semper iuxta dispositionem testatoris rite admi. nistranda et applicanda sunt.

Titulus 7<sup>mus</sup>

De Juribus e donatione inter vivos.

§. 122.

Donatio facta genuinam munificentiam vel genero.



36. L. 2. §. 7. De donationibus inter vivos

generosam remunerationem pro scopo habens prudentes prae-  
pensione taliter demerita, ut officium datoris erga seipsum  
et suos non violet, nec juri tertii prejudicet, legitima et sub-  
sistens est.

§. 123.

Requiritur porro, ut donator sit mature ætatis, sani  
intellectus, bene famæ sui que jura, ac si in matrimonio vi-  
verit, propter communionem bonorum consensum conjugalis  
ademptus [§. 15.] sicut donatio invalida est.

§. 124.

Etiam colibi vel viduæ personæ hæredes in linea  
recta dependente vel ascendente vel germanos fratres aut so-  
rores habenti non nisi tertiam partem ærum suam donare li-  
cet, quia donatio plus impotens censetur, estque etiam realis  
inotialitas: atque perinde est, si quis bona sua successive  
dissipat, vel una vice magnam eorum partem profundit. Con-  
sequenter recensitis consanguineis convenit protestatio,  
ne et actione id inhibere.

L. 9. Cod. de inofficiosa donatione.

§. 125.

Prodigo ab officio pro tali publice declarato multo  
minus competit facultas quicquam donandi, nec alii  
quodpiam ab illo dono accipiendi, qui nihil fecerit acce-  
perit, ad restituendum obligatus est, atque in casu reniten-  
tia cogi potest.

§. 126.

Simili modo invalida sunt donat  
tirantium, mente captorum, ebriorum

de  
Lui

L. 2. Tit. 17<sup>us</sup> De donationibus inter vivos.

Qui ab ejusmodi hominibus dona accipit, vel plane elicit non  
tantum illa restituere tenetur, sed etiam qua facta consideratur  
et punitur.

§. 127.

In casibus ubi dona pravo molimine, vel ad assequen-  
dam injustum scopum dantur, et acceptantur, non solum dona-  
tio invalida, sed etiam tam donator, quam donatus pena di-  
gnus et donum confiscationi obnoxium est.

§. 128.

Donator, ius suum in re donata per legitimam donatio-  
nem acceptanti quidem peritus cedit, si veruntamen fortuito  
non pro dono destinatum sed aliam rem per errorem tradiderit,  
vel ejus pretium ignoraverit, et postea errorem animadvertent,  
et demonstraverit, donator donum repetere potest, oportet ta-  
men eum genuinum pro dono destinatum objectum exhibere.  
Si vero personam donatam valde ingratoram vel plane ipsi in fi-  
delsam esse probare poterit, donationem simpliciter revocare  
fas est. Inst. l. 2. Tit. 7. §. 2. sciendum tamen see. L. ult. Cod.  
L. 1. Tit. de revocanda donatione.

Titulus 8<sup>us</sup>

De jure circa res inventas.

§. 129.

In fundo Nationis Saxonice sub dno erutus thesaurus sub  
penda totalis privationis indicandus, et si postulatum fue-  
rit, juramento affirmandum est, nihil ex eo celatum esse.  
Valore ejus centum et quinquaginta Pflorenor vel plus impor-  
tante, una tertialitas Sico Regio debetur, reliquis duabus inven-  
tori relictis. Inventi valore mentionatam summam non ade-  
quante, totum inventori retribuitur. Si vero in fundo nobilita



38. L. 2. Tit. 8. de jure circa res inventas.

nobilitari thesaurus detectus fuerit, inventor sua rata partem domino terrestri complanatione mediante determinandam tradere obstrictus est. Appr. Conf. P. 3. T. 54. §. 1.

§. 130.

Quod quis in suis propriis aedificiis, cellis, vel muris reperit, sine iudicio, quomodo, vel a quo illuc abditum sit, professer totum pro se servat. Cod. L. 10. Tit. 15. de thesauris.

§. 131.

Locamento apud vel extra thesaurum reperto luculenter demonstrante, absconditorem intentione thesaurum pro se et suis conservandi et ab hostium rapto vindicandi turbulento tempore illuc occultasse: ejus legitimis heredibus competit ius absolutum revindicationis, inventori vero honesta remuneratio.

§. 132.

Venditor domus certior factus in ea thesaurum latere, in quoto tamen loco, potest reservationem sui juris respectu ejus coram emptore et testibus occasione symposii insinuare, et vel ab illo vel ab his, vel ab utroque authenticum instrumentum sibi desuper expediri facere, quo in casu reperti postmodum thesauri, producti, is ipse exhibendus, inventori vero proportionata remuneratio pendenda est.

§. 133.

Inventor rerum ab alio ex incuria vel fortuito deperditarum tenetur eas damnificato, si ipsum noverit, illico restituere, si eum ignoraverit, officio exhibere, quod etiam circa pecora divagata observandum est. §. 134.

39. L. 2. Tit. 8. de jure circa res inventas.

§. 134.

Officium annunciatam inventionem, sine rerum inventarum circumstantiali descriptione in loco publico vulgari curat: et si quis se qua earum dominium insinuaverit, eum genui ne examinat de loco et tempore amissionis, ut et de forma et qualitate rerum amissarum, antequam ei monstrantur. Si ejus declaratio veris circumstantiis consentanea fuerit, res illi, presente inventore, ob oculos ponuntur, et deposito juramento testium, vel tantum proprio eas suas esse, ei restituuntur, soluta inventori aequa remuneratione.

§. 135.

Dum damnificatus jacturam suam, inventore nondum cognito, officio notificat res amissas punctualiter describens. Eo, publicatio similiter, adjuncta tamen circumstantiali rerum specificatione, instituitur, et repertor ad exhibendum provocatur: qui si cum objectis quosdam comparuerit, modo in procedente §. circa finem memorato proceditur.

§. 136.

Si sub decursu sex Mensium a publicatione denunciationis inventori computando, nullus pretendens se insinuaverit, res inventa inventori ad usum suum exhibentur, siquidem damnificatus tractum et tempus, quo amissio contigit, scire concernentem jurisdictionem acquiri, et tanto temporis spatio sollicitare potuit. Nihilominus etiam postea jus suum non amittit.

§. 137.

Inventor nec promissa sponte, nec publicatione ad petitum



40. L. 2. T. 9. De Alluvione. P. 1.

petitum damnificati instituta provocatus, inventum produ-  
cens, sed malitiose celans, postea detectus, non solum ad gra-  
tis restituendum res inventas et ad bonificandum defectus  
cogitur, verum insuper qua fur consideratur et tractatur  
§. P. 3. §. 611.

Titulus 9<sup>us</sup>  
De jure per Alluvionem.

§. 138.

Ubi flumen terminos inter territoria duarum Communitatum  
designat, linea metallis in ejus medio concipitur, itaque ad cuius-  
vis territorium pertinet illa pars alvei, quae ipsi proxima  
est. Nulli ergo licet sine consensu alterius aggerem usque ad  
ripam alterius et sensum struere, et totum flumen illo impe-  
dire.

§. 139.

Utique tamen Communitati competit facultas ripam suam  
muniendi, abluviem impediendi, et aquam in Alveum suum  
solutum premendi, nequaquam vero adeo stringendi, ut nimio  
impetu oppositum litus dirumpat.

§. 140.

Fluvio metallici pro naturali sua inclinatione de tempore  
in tempus ex altero litore plus rampente, opposito vero suc-  
cessive addente, adeoque Alveum mutante, etiam limites cum  
illo moventur, et aditum terrenum illi Communitati, cujus ripae  
adjicitur, non autem privatis possessoribus in ripa antiqua fun-  
dos possidentibus.

§. 141.

At si flumen limitare fundos privatorum possessorum  
diminuerit, et postea iterum contingente ea plaga terre

L. 2. T. 9. De Alluvione. P. 1.

111.

terrenum per alluvionem adiecerit, quivis possessorum inde tan-  
tum, quantum antea habuit, occupare potest, reliquum est  
Communitatis: Si autem ejusmodi possessores augmentum  
propria opera aut suis expensis effecerint, totum acquisi-  
tum eis proprium manet.

§. 142.

Accrementum vero sumptibus et opera Communitatis ex-  
operatum pertinet ad communes fundos, et possessores privati  
eo contenti esse debent, quod ulteriori detrimento fundorum  
ipsorum precautum sit.

§. 143.

Fluvio curva sua circulatione peninsulam formante,  
eamque postea isthmum perfodiendo, plane in insulam redi-  
gente, ea sola limitibus in medio alvei veteris persistenti-  
bus Communitati antea possidenti propria manet, salvo  
etiam jure privato pristino possessorum particularium.

§. 144.

Dum flumen vel rivus campum ab utraque parte ad  
territorium unius tantum loci pertinentem transierit, et  
in ambabus ripis privatorum proprii fundi siti sunt, adlu-  
vium concernentibus possessoribus accrescit.

§. 145.

Cuius privato quoque licet ripam suam munire, aquam  
in Alveum veterem premere et in eo conservare, non vero ni-  
mium versus oppositum litus pellere.

§. 146.

Si fluxus aquae in quorundam privatorum fundis



P.1.

112. L. 2. Tit. 9. De Alluvione.

fundus penes ripam in longum protulit decrementum, postea vero iterum a decrementum causaverit, non tantum extremus sive rivo proximus possessor aditum totum acquirat, sed etiam cum reliqui vicini damnificati ejus juxta statum anteriorem, subreulorum vel aliarum linearum terminalium ducta fors demonstratum participes fiunt.

§. 117.

Si denique particula terre rivo circumdata per torrentem absconditur, possessori concernenti propria manet.

Liber tertius

De Juribus specialibus, quibus promietas erga proportionatam bonificationem sive aequivalens obtinetur.

Titulus primus

De emtione, venditione et cambio fundorum.

§. 118.

Ad stabiliendam venditionem et emtione generaliter et proximis requiritur, ut tam venditor quam emtor sui juris sit vel actus auctoritate officii accedente consumetur, nec ullum legale impedimentum obstat. §. 115.

§. 119.

Omnes fundo vel domui inherentes usus vel fructus tertii seu servitutes, sive pactis expressis sive prescriptione in iure absque annuente usufructuarii tolli nequeunt, oportet itaque ejusmodi fundum vel domum ementem etiam talia onera tolerare, resul sunt, introitus vel pro curibus, vel pro accoribus et homi-

P.1.

L. 3. F. 1. de Venditione et Cambio fundorum.

113.

hominibus, fenestra, stillicidium, deflusus aqua e fundo vicino, trabes vicini in muro fixi, communis usus aqua ex puteo &c. §. 150.

Domus vel alius fundus quacumque de causa venum esse, penendus primum proximis consanguineis et vicinis possessores offerendus, postea tribus successivis diebus dominicis ante templum parochiale in loco tam in cuius territorio fundus venalis jacet, quam in quo possessor degit, si diversa fuerint clara voce vulgandus, vel in maioribus civitatibus, publicatio scripta parieti templi cathedralis affigenda est, ut etiam alii jus promissum pretendentes, notitiam capiant, si fuerint presentes, absentes vero loco tamen noto desuper certiores reddendi sunt.

§. 151.

Jus proximum et primum habent venditoris haeredes in linea recta descendentes, post eos ascendentes, porro germani fratres vel sorores eorumque liberi usque ad adnepotes, hos sequuntur patrueli, tandem remotiores consanguinei collaterales. Notandum est adhuc, quod agnati cognatis gradu equalibus, mariti consanguinei uxoris, et fratres sororibus semper preferuntur. Nullo inter consanguineos emtore reperto, vicinus fundi prius se insinuans alios excludit.

§. 152.

Quoad praecedentem §m sequens exceptio locum habet: Si nempe civis civitatis in aliquo pago vel ejus territorio possessor fundos vendere voluerit, tantum ejus haeribus in linea recta descendentes competit praerogativa, omnes reliqui consanguineos incolae ejusdem loci se ingerentes excludunt. §. 153.



44 L. 3. §. 1. de emptione, venditione et cambio fundorum.

§. 153.

Ius protimiseos tantum sub sequentibus circumstantiis exerceri et exequi potest, si nimirum is, cui competit, venditionis tempore fuerit 1º sui iuris, vel ejus vice legitimus tutor vel curator functus, 2º capax ad precium terminum solvendi, vel si alius pignus et ando sumam deposuerit, eandem intra triiduum pendendi, 3º omnes ab alio iuris legales condiciones et obligationes suscipiendi et implendi: §. 144. et 163.

§. 154.

Si vel ante publicationem, vel durante ejus periodo emptor quidam cum venditore intuitu pretii fundi venalis transegerit, venditio coram convocatis duobus vel pluribus testibus legalibus, junctis de ceteris et symposii solemnitate celebratur, et ab emptore vel arrha vel tota stipulata summa deponitur, sicque ipse in possessionem introducit.

§. 155.

Quamvis venditor pacto in precedente §. recensito modo consummato ab omni ulteriori pretensione ad substantiam objecti cessi excluditur, tamen quoad ejus pretium usque ad suam plenariam excontentationem jus hypothecarium cum prioritatem pro omnibus aliis pretendentibus sustinet, salvo porro jure protimiseos tertii ad substantiam §. 149.

§. 156.

Jure protimiseos possenti et uti volenti integrum est contradictionem suam medio sigilli judicialis vel per satellitem ante ultimam proclamationem, vel plane in ejus momento insinuare et cessationem postulare, quam si prior impetrator detrectaverit, eum intra quindenam ad forum competentis evocare, et ei contradictionis ac repetitionis rationes coram demonstrare, eoque decessioni subferre tenetur. Qui opportuna illo tempore non

L. 3. §. 1. de emptione, venditione et cambio fundorum.

non contradixerit, vel contradictionis rationem usque ad memoratum terminum perhibere neglexerit, omne jus ulterius amittit.

§. 157.

Si durante terna publicatione fundi venalis nemo, sed tantum finita, aliquis eam emendi intentione comparuerit, et tota cum venditore intuitu pretii transactione, emtionem solemnitate §. 154. memoratis consumaverit, et roboraverit, is statim possessionem cum pleno jure proprietatis obtinet, e qua eum postea nemo amplius turbare potest.

§. 158.

Verum enim vero, si jure protimiseos praeditus occasione publicatione absens, et in loco valde distante moratus fuerit, ac ite, quid interea contigerit, ignoraverit, ei jus contradicendi et repetendi usque ad decursum unius anni a publicatione nichilominus in salvo manet.

§. 159.

Dum forum fundos propter debita sequestratos venum exponit, et occasione terna publicationis etiam locum et terminum pro eorum licitatione definitum notificat jure proprio, nisi ibidem comparere tenentur, si jure suo uti et ejus instanti unum aliumve fundum a plus offerente reluere voluerint, fecerit enim precludunt. Non nisi diuturna absentia e causis arduis vel ob negotia necessaria facultatem tardius contradicendi et reclamandi probere potest.

§. 160.

Emtio et venditio, omnia solita publicatione et notificatione consanguineis, quamvis observatis reliquis solemnitatibus praeracta



146. *P. I.*  
L. 3. §. 1. De emptione, venditione et cambio circa fundum.

peracta a personis jure protiniseos gaudentibus intra terminum  
prescriptionis seu spatium duodecim annorum rescindi et ob-  
jectum relui potest. §. 161.

Consanguineus vel vicinus occasione venditionis et emtionis  
qua testis, pofens, participans, symposu, et non contradicent nec  
reservationem juris insinuat, aut si ipsemet emptor fuerit, ab  
emtionis sponte recedens juri suo penitus renunciare censetur,  
igitur ad omni ulteriore exceptione et actione titulo protiniseos  
precluditur. §. 162.

Si emptor fundi venditoris proximus consanguineus est, vel  
alius forte existens, propioris tamen nondum sui juris sunt, vulga-  
tis in loco publico non est necessaria, et tamen transactio ob-  
servatis tantum reliquis solemnitatibus celebrata valida, §. 157,  
dummodo ea documento vel testibus probetur.

Contingit quoque in praeis quidem frequentet et aliquan-  
do in oppidis, ut incolae domum vel alios fundos non tantum  
pro certa pecunie summa, sed etiam, vel unice pro prestationi-  
bus sub fideis quibusdam conditionibus plerumque usque vigentibus  
vendat, ut nimirum acquirat omnia onera praesentia et publi-  
ca in se suscipiat, cessori ejusque usque ad utriusque obitum  
in omnibus necessitatibus domesticae efficere adiutorium pro-  
beat. In ejusmodi casibus quicquid prioritas liberis, et inter hoc  
junioribus pro majoribus in defectu liberorum fratribus, nulli  
vero remotioribus consanguineis competat, veruntamen illis  
quoque tantum sub conditionibus §. 153 memoratis, atque si ces-  
sor nullas exceptiones contra illos formaret, et probare poterat.  
§. 163.

*P. I.*  
L. 3. §. 1. De emptione, venditione et Cambio fundorum. 147.

§. 164.  
Sub mentionatis circumstantiis Cessionarius obligationes  
suas non nisi cum obitu cedentium perfecte impletare potest: si  
ergo interea vel fato ab eorum impletione invitatus impeditur,  
vel eas arbitrarie negligit, vel malitiose violat, illis integrum  
est cessionem revocare et cassare, tenentur tamen Cessionario  
vel ejus heredibus servitia eorumque praesentia, et meliorationes  
sors factas bonificare. §. 165.

Pecor Cambium, quo fundi aequalis naturae, et non multum  
differentis valoris, sicut domus pro domo, vel locus pro aedifi-  
cando domucilio com modo, hortus pro horto, pratium pro prato,  
ager pro agro, vinea pro vinca, et sic porro, vel vero fundi aliquan-  
tum diversa specie, similis tamen, vel fere similis valoris, ut  
ager pro prato sec. eum vel sine additamento in aere frabitur, jus  
protiniseos locum non habet, consequenter nec publicatio requi-  
ritur. Cambium igitur praescripto categoria coram honestis  
testibus datis deactis et symposio celebratum de facto plena-  
riam validitatem obtinet. §. 166.

Subversante vero in Cambio fraude et dolo, si nempe pro  
fundo praecipua qualitatis summa ejus valorem vel plane vel fere  
adequans, et pro forma Cambii adhuc particula terra parum mi-  
potant datur: jure protiniseos praesentia facultatem habent fun-  
dum deposita stipulata pecunie summa et pretio vilis fundi per  
honestos reipsos gnaros definitores opinato ab acquiretore re-  
luendi. Etiam aliis generis Cambia evelli possunt, demonstrata  
falsitate. §. 167.

§. 167.  
Possessio legitima duodecennis, interea nunquam jure



148. L. 3. Tit. 2. De emptione, venditione et Cambio fundorum.

judicialiter impugnata prescriptionem parit: completo ejus tempore nulla amplius exceptio de omiſſis formalitatibus nempe publicatione et ſympoſio locum habet. Et ſiquis fundum ab illo legitimo quidem impetrante, inſcius tamen et bona fide legitime modo emerit, et duodecim annos pacifice poſſederit nec dominus directus eum e poſſeſſione turbare, vetuntamen ille, quicumque venditorem de bonificatione cum omnibus conſequentiis judicialiter proſequi et ab eo plenariam indemnificationem exigere poſſeſt. Si vero ejusmodi objecta alienata, vel eccleſiæ, vel publicæ vel communivitatis vel piæ fundationis bona fuerint, reſtituenda ſunt in natura, nulla præſcriptione opitulante, ſalvo tamen regressu emtoris ad venditorem.

§. 168.

Non prodeſt porro præſcriptio patrantibus quoad fundos temerarie occupatos, aut res mobiles potentioſe vel dolose vel clam raptas, vel ad uſum comedatas, et non reſtitutas, vel ad fideles manus depoſitas, et celatas: §. 250. vel præſcriptio illis adultis non exhibitas, ut et capitalia mutuata eorum, que legitima interuſuria.

§. 169.

Denique etiam in cauſis territorialibus nulla præſcriptio impediemento, quoad vias vero publicas et ſemitas, ut et aquæ ductus antiquos unius communivitatis in territorio alius habitos argumento eſſe poſſeſt.

Titulus 2<sup>us</sup>De commercio cum rebus mobilibus eorumque Cambio.§. 170.L. 3. Tit. 2. De Commercio cum rebus mobilibus eorumque Cambio. 149.§. 170.

Venditio rerum mobilium domesticarum præſertim pretioſarum, ut aurearum et argentearum ornamentorum et vaſorum, vel aliorum pro durabili uſu paratorum et bene conditionatarum ſympoſitilium, non quidem in loco publico vulganda, ſed tamen conſanguineis proximis in privato notificanda eſt, hoc omiſſo, et rebus clam venditis, conſanguineis id experientibus conpreſtitus juſſu reſolvendi, et emtor tenetur ea ſuma ſoluta ei reſtituta exhibere.

§. 171.

Si honeſti homines ſine fraude inter ſe aut præjudicio tertii res ſimiles, vel diverſas, æqualis tamen, vel aliquantiſſime ſuperadditione eæ æquandi pretii ſibi, mutuo tradunt et proprietatem cedunt, permutatio ſeu cambium non obſtanſe ſe cuiuscuſque contradictione ſtabilit et in vigore manet.

§. 172.

In venditione et emtione omnifaria alia: §. 170. rerum mobilium ut et in Commercio cum Mercibus æquiſitis vel doni fabricatis ſola mutua conventio emtoris cum venditore intuitu pretii valori proportionati requiritur excluſo omni jure protinuſeos, adeoque nec licet alii ſe in tractationem ingerere vel immiſcere, ſed præſtolandum habet, donec prior emtor vel emtorem conſumat, vel vero ab ea recedit.

§. 173.

Pretio conſenſu emtoris cum venditore ſtabilito, venditor obſtrictus eſt rem pro eodem emtori cedendi, quamvis alius plus offeret, ſimili modo emtor idem pretium abſque contradictione deponere tenetur, niſi errorem vel defraudationem



P.1.

50. L. 3. §. 2. De commercio cum rebus mobilibus, eorumque cambio. De fraudatione in subreptionem esse eorum foro demonstratum fuerit. §. 174.

Qui cum artifice vel opifice de aliquo opere conficiendo pactus sit, de facto ad id ius precipuum fabricatorem de vendendo alii daretur, nam eis datur sub obligatione tamen, pretium si opus fixo termino confectum fuerit, ab illo, vel si non limitato tempore, notificatur, id paratum esse, inde intra quindenam solvendi. Quod si admonitus intermiserit confectori integrum est, rem vendere, vel emere alio non reperto, stipulatorem adfidente iudice, ei spatium sex heb. Commodarum determinante; post eius efflueum executione ordinata ad satisfaciendum adigere.

§. 175.

Conveniens cum opifice de aliqua re conficienda, arrham prenumerando ad eam rem ius exclusivum obtinet, obligatur vero etiam, certior factus, quod parata sit, pretium intra sex septimanas deponere. Quo iusto tempore non prestito, fabricatori licet rem, retenta pro se arrha alii vendere, vel vero eo non succedente, contractentem ad reluendum judicialiter abstringere.

§. 176.

Contra etiam conducenti nimia confectiois dilatio, ne fas est, opificem ore iudicis terminum ei, prestando ad finiendum et exhibendum opus adigere, et si id inter. nico prestico nondum fuerit paratum, ab eo recedere et restitutionem date foris arrhe in duplo exigere, aut si con-

P.1.

L. 3. §. 2. De commercio cum rebus mobilibus. §. 177.

confectioem prestolari velit, solutionem post receptum opus tandem suspendere, quandiu confectio ab altero retardata est.

§. 177.

Conducent materiale ad conficiendam rem requisitam fabricatori suppeditans, in ea exactum ius proprietatis proinde habet, proinde fabricanti sub nullo preterito illam alii vendere, verum ex contentationem suam exigente necessitate in via iuris quare et ex operari, interea vero rem conductant pro pignore retinere licet.

§. 178.

Opere non iuxta statum, mensuram et formam a conductore prescriptam elaborato, operarius id propriis sumptibus ad statum Conventioni congruum redigere, vel si hoc amplius fieri nequiret, et materialia corrupta fuerint, ea pro se ferrare, et conductorem omnimode indemnem reddere tenetur. §. 238.

Titulus 3<sup>us</sup>

De Commercio et Cambio cum pecoribus in specie.

§. 179.

Pro commercio cum pecoribus quidem Munitio publica et in quibusdam emporiis precipuis fora hebdomadalia destinata sunt; ast quanto frequentior est concurrentia, tanto majus est etiam periculum pecore vel furto ablato vel vitio laborante defraudari. Quamobrem cuius emtori magno pere interest, genuinas qualitates tam venditoris quam pecoris venales, pro possibili explorare, navos exterius de lege, re et annotare, et negotium in presentia duos testium,



52. *L. 3. §. 3. De Comercio cum pecoribus in specie.*

testium fide dignorum sub symposii solemnitate celebrare et roborare. §. 180.

Venditor emptori ignotus tenetur ei nomen suum et domiciliū locum revelare ac de declarationem suam testimonio fide dignorum virorum confirmare, preterea in stat omnium venditorum in genere cavere, pecus commercio expositum ab omni inferno vitio, vel naturali mala indole aut consuetudine immune esse, vel vero si ejusmodi navis laboraret, illos sincere notificare, denique etiam obligationem evictionis subire si emptor intuitu accepti pecoris mispretiretur. In cambio ha obligationes omnes utriusque negotianti vicissim incumbunt.

§. 181.

Quamvis mispretitur, probato eo, quod pecus per aliam apud ipsum repositum et in actionem reivindicacionis summi in fluminis publicis emerit, ad sustinendum evictorem cogi non potest, tamen nullum refert, eo prestare posse, quia secus et pecus abjuratum et pretium solutum perditur. §. 182.

§. 182.

Licet quidem etiam in pagis liberis Saxonici fundi pecora emere, at tantum de incolis domiciliatis et honesta fama sub solitis precautionibus, solemnitatibus et obligationibus, profertim evictionis.

§. 183.

Contra vero strictissime vetitum est, ab advenis peregrinis vel suspiciosi hominibus, vel plane a notoriis furibus pecora emere vel cambio permutare, simuliter illicitum est, in campo patente, vel sylva, vel nocturno tempore ubicunque come-

*L. 3. §. 3. De Comercio cum pecoribus in specie.*

Commercium pecoribus exercere. Tabium factorum rei qua celatores et complicis furum considerantur, et misrar eorum plectuntur. De quo plura §. III. §. 57.

§. 184.

Si emptor in pecore emto usque ad tertium diem aliquos defectus primo intuitu non statim visibiles animadvertens, pecus venditori restituit, sive id recipere et pro eo acceptam pecuniam vel cambiatum pecus reddere tenetur.

§. 185.

Etiam si intra quatuor septimanas in pecore emto vitium internum, raro brevi tempore sed plerumq; tantum serius experibile, aut epilepsis, mictus sanguinis periodicus, grave respirationis, a transgressu gramini pascuo vel aliis remediis suppressum, nucus quoque fraudulente factione stipatus, vel aliud ejusmodi defectus cognoscitur, et probatur, pecus jam ante, sed eo infectum fuisse, emptor venditorem caventem §. 180. et tamen malitiose retinentem ad recipiendum pecus et restituendum pretium ante effluxam quatuor septimanarum obstringere potest, quia fraus et dolus nemini patrocinans.

§. 186.

Quovis venditio in genere, ubi venditor genuinum et verum objecti venditi valorem ignoravit, et ita juxta conscientiam estimationem datum pretium accepti adequat vel superat, ab ipso venditore vel ejus uxore aut liberis auctoritate judicis intercedente rescindi potest. Salva tamen optione emptoris rem soluto justo pretio pro se retinendi, vel eam accepta solutione reddendi. Cod. Lex. 2. De rescindenda venditione.

Liber



54. L. H. Tit. I. De pignoribus.

P. I.  
Liber Quartus  
De Juribus restrictis sine acquisitione proprii  
Dominii.  
Titulus I<sup>us</sup>  
De Pignoribus.

§. 187.

Qui necessitate impulsus fundum vel res mobiles pretio-  
sas oppignorare resolvit, ei incumbit ejus modi objecta prius  
proprietibus consanguineis eorum ad id qualificatis offerre,  
summam desideratam ab iis petendo. Omissa notificatione  
consanguineis integrum est objecta tradita repetere, et resti-  
tuta summa eis inherente ad se recipere.

§. 188.

Nulla obstaculo obvio, determinatio, an oppignorans  
objectum fructuum in sua possessione et usu erga anuum  
interesarium in are pendendum retinere possit, vel creditori  
cum usu fructu loco interesarium percipiendo cedere debeat, ab  
amborum contrahentium conventionem dependet, in priori  
casu objectum pro securitate obligatum hypotheca in poste-  
riori pignus nominatur.

§. 189.

In utroque casu manet jus proprietatis oppignorantis  
ejusque heredum in objecto inscripto, ac facultas illud depo-  
sitis ei inherente debito reluendi in salvo.

§. 190.

Determinatis occasione oppignoracionis boni jacentis ali-  
quot annis infra duodecim, eorum decursus ab utraque parte

55. L. H. Tit. I. De pignoribus.

parte expectandus est, nisi interea ambo contrahentes reci-  
proco consensu alterationem statuerint: postea vero pluribus  
annis quam se. hereditibus oppignorantis, propter excessum  
temporis prescriptionis competit jus pignus effluere primo  
anno reluendi.

§. 191.

Quoad reluicionem fundorum sine limitato temporis  
spatio in pignus datorum sequentia observanda sunt: nimirum:  
humma inherens pretio, ante festum sancti Georgii,  
agro in campo aestivali, ante infeminationem, agro in  
campo hybernali, ante primam araturam: veruactum  
deponenda est, secus usus in eodem anno adhuc credito-  
ri competit.

§. 192.

Creditor tenetur pignus occasione reluicionis in eodem  
statu restituere, in quo accepit, adeoque etiam reparat for-  
deterioraciones reparare, nisi ex inevitabili fato sine  
ejus culpa contigerint: contra vero etiam bonificationem  
mellioracionum necessarium pretendere et accipere fas  
est, huc pertinet etiam recessus fimeatio fundi oppignorati.

§. 193.

In rebus mobilibus creditori cum usu fructu interesu-  
rio substituto oppignoratis, si usus moderatus fuerit, successi-  
fiva tenuatio a capitali non defalcata, nec bonificatur:  
deterioratio vero incurra, vel violentia, vel perditione cau-  
sata iuxta equam estimationem in capitale imputatur.

§. 194.

Dominus utilis non habet facultatem pignus sine an-



L. II. Tit. I. De pignoribus.

annuentia Domini directi, vel hoc mortuo ejus heredum alterandi: ex equali gratia in fundo existentes ad eas destruendi, arbores extirpandi, vel in spatio vacuo aedificandi, aut res mobiles transformandi: secus vel expensas perdit, vel cogitur rem in anteriorem statum et formam redigere.

§. 195.

Expurata periodo oppignorationis, vel hac non ad expressum tempus restricta, Creditor debitorem admonitum at non reluctantem auctoritate judicis ad solvendum usque ad praefigendum terminum dato Instrumenti parallelum impellere, et eo praeterlapso executione mediante cogere potest.

§. 196.

Debitore ad solvendum impote, Creditor pignus alii sub iisdem conditionibus, sub quibus ipse possidet, et pro mera ei inhaerente Summa oppignorandi facultatem habet, salvo jure proprietatis Domini directi.

§. 197.

Nemine reperto, qui pignus qua tale acceptare velit, Creditori convenit id accedente iudicatu, si fuerit fundus, post ternam solitam publicationem, si res mobilis, certificatione at recusantibus consanguineis plus licetanti vendere, si plus quam debitum importat, obtentum fuerit, superfluum competit debitori, si minus, debitor tenetur defectum supplere. Carente etiam emtore Creditor pignus sibi ex Decreto Judicis proprium reddere, vel si mavult ulterius quoque pro pignore retinere potest.

§. 198.

L. II. Tit. I. et 2. De mutuo, interfusorio et Cautione.

§. 198.

Sine stabilienda mutuo securitatis in omnem casum necessarium est, ut oppignorans debitor Creditori Instrumentum scriptum authenticum super pignore tradito et quanto accepto, et vice versa Creditor debitori recognitionales similitudinis tenoris exhibeat. Nam si aliquando praeterlapsis pluribus annis pignus repeteretur, Creditor diuturna possessio, ne invidus qualitatem pignoris in objecto praetense negans, vel etiam ignorans, ad producendum contra se cogi nequit, sed Actor incumbit proba, Actore vero nihil probante, reus absolvitur. l. P. II. §. 27.

Tilutus 2<sup>us</sup>

De Mutuo, Interfusorio et Cautione.

§. 199.

Summam pecuniae ab aliquo mutuo levans obtinet facultatem eam una cum lucro medio ejusdem acquisito tanquam proprietatem suam pro lubitu impendendi, verumtamen sub obligatione interfusarium legale quotannis rite deponendi et Capitali Creditori petenti justo tempore restituendi.

§. 200.

Ergo Creditor Capitale ad indeterminatum tempus datum, recipere volens, debitorem ante effluum anni quem datum Obligatorialem indicat, spatio temporis Capitalis Quantitati admetito admonere debet, quia non semper Summa par debito praefertim considerabili parata tenet, vel subito procurari potest. Ex. gr. si Capitale 200000 et dies levationis 1<sup>us</sup> Novemb<sup>ris</sup> fuerit, admonitio ad minimum tres Menses antea, nempe initio Augu<sup>sti</sup>, fieri instituta est.

§. 201.



58. L. H. F. 2. De mutuo, interusurio et Cautione.

§. 201.

Debitor recepto modo tempestive admonitus summam capitalem una cum interusurio decente ad exitum anni depurare tenetur, nec ulla amplius dilatio locum habet, nisi ex indulgentia creditoris.

§. 202.

Itaque sine praevia admonitione et concessio spatii debitor ad solvendum ex instanti cogi nequit, si interusuria exspirante quovis anno rite deputaverit, nulloque periculo de non solvendo subversante: sed Creditorem vel usque terminum anniversarium postolari, vel successivam per partes solutionem acceptare oportet.

§. 203.

Si vero debitor ab aliquot annis interusurium solvere intermisit et Creditor fundatam causam metuendi detrimendi interusurium, Creditori integrum est assistentia iudicis vel sufficientem cautionem, vel ea carente, momentaneam executionem exonerari.

§. 204.

Dum aliquis summam ad certum dumtaxat tempus limitatum sub obligatione illo exspirante de facto rite solvendi mutuo levat, et Creditor sub illa solum conditione interusurium remittit, debitor vero solutionem non tantum in praefixo termino, sed ab eo adhuc post annum spatium prestare intermittit, Creditori fas est, interusurium a dato levationis exigere.

In quovis casu solutionis summa capitalis littera obligatoria restituenda, aut si amplius non reperiantur Instrumenta ammotivationis desuper expedienda et solventi exhibenda sunt.

§. 205.

L. H. F. 2. De mutuo, interusurio et Cautione.

§. 205.

Etiamsi qui aliquid in Creditum emendo solutionem pretii rei empta vel ejus partis sine indulgentia venditoris ultra annum suspendit, interusurium ad postulationem creditoris a dato emptionis usque ad diem solutionis Capitalis pendere tenetur.

§. 206.

Debitori pretendenti ad Computum provocanti, vel errorem Calculi praetextu, ac ideo solutionem suspendenti, mora non est praesumptiva, et pretendenti incumbit cum eo ratiocinari. Si inter se non convenerint, controversia de cisioni iudiciali subferenda est, qua decisa nulla amplius exceptio vel Computus locum habet.

§. 207.

Penes creditum in frugibus vel aliis naturalibus consistens ad praevendendum futuras differentias necessarium est, eorum pretium tunc vigens in Instrumento apponere, hoc enim intermissio et solutione ultra terminum, vel de eo ultra unum aut plures annos protelata, tamen occasione executionis pretium tunc vigens in quantum erui poterit, assumendum, et solutio tali proportione modificanda et exequenda est. Nam si tempore perceptionis metreta unum, tempore solutionis vero tantum dimidium florenum valuerit, Creditor, in converso vero casu debitor damnum paterebit. Etiam in ejusmodi solutionis nimia mora Creditori competit interusurium.

+ quamvis solutio in natura stipulata sit.

§. 208.

Species interusuriorum diversa sunt: quaedam a re parata, alia frugibus vel naturalibus, alia denique laboribus vel servitiis praestantur. In Natione Saxonica solita interusuria pecuniaria in sex procento stabilita in naturalibus vero mediocri aestimatione usque ad decem procento concessa sunt. plus importantia inter



P. 1.

Co. d. H. T. 2. De mutuo, interfusario et Cautione.

interfusaria nec dare nec accipere licet. Si plus exactum fuerit, superfluum a summa capitali defalcatur, vel hac soluta restituitur, excepto casu, si quis capitale ad commercium sub conditione dimidui lucri dederit, quod imprane accipere licet.

§. 209.

Debitore ad solvendum incapace, Creditori competit a prode fore statuto cum ipso sub eadem jurisdictione degente, defectum exigere, si vero debitor et Creditor diverso, hic vero cum prode eadem jurisdictioni subjacet, Creditor totam suam legitimam pretensionem a prode desumere potest.

§. 210.

Dum plures persone Cautionem reciprocam vel in solidum voverit, ab optione Creditoris dependet, quem inter eos ad plenariam sui excontentationem abigere velit.

Reliquus ad obtinendas liquidas pretensiones necessarias procedendi modus in II<sup>a</sup> Parte continetur.

Titulus 3<sup>us</sup>

De locato et Commodato.

§. 211.

Locator incolam, domum vel ejus partem ad aliquot Menses vel ad totum vel plures annos pro stipulato Censu conducendam, Censumque justo tempore rite pendentem, ante efflucum temporis limitati disturbare non potest, nisi licet illi aliam inhabitatorem sibi substituere, vel ad se recipere, dum modo id sine majori aggravatio Possessoris fieri poterit.

§. 212.

Circumstantis venditionem talis domus durante locationis

P. 1.

d. H. T. 3. De locato et commodato

Bf.

tempore exigentibus, emtori notificandum est, eam non nisi sub expressa conditione venditum iri, ut inhabitator usque ad terminum fuscum conducto habitaculo pacifice fruatur, aut ei aliud aequale vel adhuc commodius pro eodem Censu cum gratuita transportatione omnium suppellectilium procuretur, quia secus ante terminum id cedere non tenetur.

§. 213.

Conductor vero habitationem ante efflucum temporis stabiliti deserens et neminem sui loco constituens, totum Censum stipulatum complete solvere tenetur.

§. 214.

Dum habitationem pro futuro vel locator non concedere vel conductor non retinere vult, utrique incumbit intentionem suam alteri tribus vel saltem duobus Mensibus ante terminum metatum notificare, ut quisque sibi tempestive providere possit.

§. 215.

Quidquid durante locationis tempore in aedibus ab inhabitatore vitatis incuria aut culpa ejus vel familiarium suorum deterioratur, id tenetur propter expensum in statum anteriorem redigere, contingentes vero deteriorationes per fatum vel fortuitos casus Dominus ferre debet.

§. 216.

Omnes hucusque memorata regula etiam ad conductos et locatos fundos aliarum specierum applicabiles sunt paucis pro diversitate rerum nature mutatis circumstantis.

§. 217.

Aliquando etiam res mobiles, ut pecora, instrumenta oeconomicum, et suppellectilia commodari solent. Conditiones quoad



Q. L. H. T. H. de Conductione, Servitio et Mercede.

quoad earum usum et solutionem, stabilicnda potissimum a Con-  
ventione condicentis cum commodante dependent, generalius  
res vero sunt, ut objecta comodata exspirato termino usus con-  
cessi in eodem statu, in quo tradita fuerunt, restituantur, con-  
sequenter si viticata fuerint reparentur, exceptis casibus non  
per usum sed per fatum contingentibus, et attenuacione mo-  
derato usu causata. Quae vero sub usu adeo contrita fuerint,  
ut reparari nequirent, secundum equam et justam aesti-  
mationem bonificanda sunt.

Titulus 4<sup>us</sup>

De Conductione, Servitio et Mercede

§. 218.

Multifariae hominum necessitates in plerisque negoti-  
is aliorum adfidentiam postulant, unde sub variis condi-  
tionibus et obligationibus pacta oriuntur, quorum  
quaedam ad limitatum temporis spatium et diversa nego-  
tia §. 219. alia tantum ad temporis momentum et  
simplices actiones §. 228. adhuc alia ad certa objecta  
§. 233. restringuntur.

§. 219.

Inter prioris generis pacta potissimum referuntur Con-  
ventiones herorum cum famulis, ut et Magistrorum officium  
cum fodalibus vel tyronibus. Praecipua officia priorum  
sunt, prudens manductio, congrua remuneratio candido-  
rum subiectorum, paterna castigatio errantium et accu-  
rata solutio promissa et merito Mercedis: posterioribus ve-  
ro incumbit fidelitas et obsequium omnium equorum

L. H. T. H. de Conductione, Servitio et mercede.

Q. 3.

equorum iussuum, efficaci sedulitas et morum probitas. Recensita  
mutuae obligationes ad utrumque seque aequaliter extenduntur,  
pari modo specialiora, quae in sequentibus §is heri tribuuntur  
etiam heri, caput familiae agenti, competunt, et quae de fa-  
mulis medicantur ad anellas quoque applicabilia sunt.

§. 220.

Herus famulum conducens ei positiva et potiora gerenda  
negotia notificet, eumque ad aliud quoque adiutorium a circum-  
stantis forte exigendum obliget, e.g. si Magister sodalem pro-  
ter officium etiam aliquando ad rurales labores applica-  
re velit: Demum mercedem tempore mutuae conventio-  
ne figat. Pacto tandem dextera manu confirmato famulus  
obligatur iusto tempore servitium subire. Hic tamen quo-  
dam exceptiones id impediens locum habent: Si prior  
herus famulum non quidem invitum, pro futuro quoque anno  
sub iisdem conditionibus et mercede pro se servare velit,  
habet ius prioritatis, si vero 2<sup>o</sup> tali obstaculo non obvio  
famulus jam antea cum alio heri pactus fuerit, tali quoque  
competit prioritas. Vel si 3<sup>o</sup> iuvenis sub parentum pote-  
state constitutus se alicui sine eorum consensu ad servitium  
obligaverit, illi id validis rationibus pro palatis impedi-  
re possunt.

§. 221.

Quis rite conductus tenetur totum determinatum  
tempus in servitio suscepto perseverare, excedentem ante  
ejus expirationem herus ad redeundum cogendi, vel ejus  
Mercedis partem ad tempus in servitio consumatum obve-  
nientem retinendi facultate pollet.

§. 222.



3  
Pj.  
64. L. H. T. H. De Conductione, Servitio et Mercede.

§. 222.  
Famulus ab ipso heri propter infidelitatem et noxias ante exitum temporis soluti dimissus, mercedis parte, tempore et qualitate servitii appropinquata contentus esse, et discedere tenetur.

§. 223.  
Damna incuria vel culpa domesticorum durante servitio causata e Mercede eorum defumere heri fat est.

§. 224.  
Famulo ultra 14 dies morbo laborante, herus reliquum temporis dispendium vel laboris defectum a Mercede ejusdem detraxere potest, nisi negotia vel labores servitii imediata causa morbi fuerint, in quo casu herus et Mercedem et curam una cum Medicamentis solvere tenetur.

§. 225.  
Si famulus ob diuturnam imbecillitatem vel ancilla nupturiens ante effluem temporis limitati e servitio dimitti voluerit, tenetur aliam aptam personam sibi substituire pro eadem Mercede servituram, vel hoc non succedente, ad idamentum e proprio pendere.

§. 226.  
Si ferriens contra herum de violenta tractatione aut lesione, vel de pretensione praestationum conscientie contrariarum aut vires superantium querendi justam rationem indicere et probare poterit, herum coram foro competente prosequi, et satisfactionem, vel dimissionem indicatam cum comensurata mercedis parte impetrare potest.

§. 227.

2  
Pj.  
L. H. T. H. De Conductione, Servitio et Mercede.

§. 227.  
Domesticis propter mortem heri vel alias prementes circumstantias non vero ipsorum culpam ante tempus limitatum dimittendis totalis Merces debetur, nisi eis occasio sub aequali conditione tantidem merendi suppeditetur.

§. 228.  
Inter pacta secundi generis §. 218. nimirum circa praestationes ad certum temporis momentum restrictas pertinent vecturae et alii labores tam manuales quam jumentis praestandi.

§. 229.  
Auriga Mercede stipulata, et Arrha anticipata, ad vecturam ad determinatum locum et tempus praestandam conductus, tenetur obligationi suae plenarie satisfacere, quod si omiserit, et Conductor per alium eandem faceret, nam pro majore Mercede transvehi curaverit, super additum e proprio solvere, nullo alio reperto et transportu plane impedito Conductor Conductor totidem pendere tenetur, quantum ab eo iuxta conventionem percipiendum habuit, verum enimvero inevitabilia impedimenta excusationem vel saltem mitigationem suppeditare queunt.

§. 230.  
Si vero Conductor Auriga opportune comparenti renunciaverit, et hic aliam vecturam pro minori Mercede susceperit, ille tenetur defectum supplere, vel nulla vectura occasione reperta, totam Mercedem ei pendere, nisi gravia impedimenta praetexta probari possint.

§. 231.



3

Pi.  
B. L. H. F. A. De Conductione, Servitio et Mercede.

§. 231.

Qui farcinam, non conitante Conductore, aliquorsum re-  
hendam suscipit, ipso facto Cautionem quoque et obligatio-  
nem defectum supplendi et damnum reparandi subit, vio-  
lenta vero per hostes vel latrones perpetrata expilatio  
ab onere bonificationis eximit, et non furtum clancula-  
rium.

§. 232.

Etiam pennis aliis seu manibus seu jumentis profti-  
pulata solutione ad certum tempus prestare susceptos la-  
bores eadem obligationes et respective facultates ut et ex-  
ceptiones locum habent, quo in §. 229 et 230. quoad ve-  
cturas occurrunt.

§. 233.

Plane ejusmodi jura et officia valent quoque circa pa-  
cta tertii generis, nempe super prestationibus ad quoddam  
objecta restrictis §. 218. e. gr. Cultura vinea, vel agrorum,  
vel tractatione averfionali aliorum objectorum, aut super  
aedificatione domus inita.

§. 234.

Siquidem aedificium objectum praecipue arduum est,  
omnes mutuo conditiones inter possessorem et architectum  
vel operarios rite declaranda et determinanda sunt, quod  
potissimum in majorem amborum securitatem scripto Instu-  
mento duplici fieri debet.

§. 235.

Fabri murarii, lignarii et alii opifices, sive quoad fo-

2

Pi.  
L. H. F. S. De pactis socialibus lucri causa.

2

totale opus summa averfionali, sive diurnis per conventionem  
mutuam conducti, tenentur opus quanto citius aggredi, absque ces-  
satione arbitraria continuare, et plenarie consummare, pre-  
sertim vero diurnistis incumbit omnes horas diei usque vigente  
destinatas labori rite impendere, sicut heri factum est, cuique  
neglectum tempus proportionem geometricam ex ejus Mercede  
subtrahere, aut etiam heri tenetur ad tempus sua propria  
culpa vel ob defectum requisitorum otio transactum, eis  
plenariam Mercedem exsolvere.

§. 236.

Si Architectus vel operarii aliquid contra planum vel  
clare expressam ideam promissorū fecerint, tenentur id pro-  
prio expensis alterare et in statum congruum scopo redige-  
re, non sicut si quid subito corruerit, solide reparare, nisi  
exilia materialia ab heri suppredata ruina causa fuerint.  
§. 178.

Titulus 5<sup>us</sup>

De pactis socialibus commercialibus lucri causa.

§. 237.

Generaliora et essentialia requisita Contractuum socialium  
personarum sui juris communitate emolumenta legitimo  
modo acquirenda pro scopo habentium sunt: ut quicquid Contrahen-  
tium partem suam ad condendum commercii fundamentum rite  
conferat, porro ad promovendum commune commodum et averfenda-  
rum damnum fideliter et efficaciter cooperetur, in adversis  
denique casibus jacturam aqua lance cum sociis supportet,  
favente autem fortuna etiam lucri adaequato calculo participandi  
endi particeps fiat.

§. 238.



3  
P. I.  
88. L. H. T. S. de pactis socialibus commercialibus lucri causa.

§. 238.

Determinatio specialiorum reciprocarum obligationum, earumque proportionis, ut et temporis vel durationis pacti, non fecit ejus abbreviatio vel prolongatio ab arbitrio et consensu consortium dependet.

§. 239.

Civis Contractentium licet interea etiam cum aliis personis honestis separata pacta, absque tamen prejudicio aut derogamine prioris, inire.

§. 240.

Jura et obligationes facti durante pacto morientis transeunt ad ejus heredes; si vero circumstantiis eis continuationem impossibilem reddunt, aqua compensatione dispensantur.

§. 241.

Consortium pacti ab eo ante terminum sine sociorum annuentia recedentem, vel negotium negligentem, vel plane contra pactum agentem, reliqui ad rite implendum suum officium antea sponte susceptum adficiente iudice adgere possunt.

Titulus C<sup>lus</sup>

De deposito seu concredito ad fideles manus.

§. 242.

Si possessor domus alicui in ea depositorium pro quibusdam rebus recondendis, sine eam speciali notitia et cautione concesserit, depositor in casu damnificationis ab illo indemnificationem pretendere non potest.

§. 243.

2  
P. I.  
L. H. T. S. De Deposito.

§. 243.

Qui vero ab alio requisitus res aliquas in depositum et sub custodia propria assumpsit, tenetur eas in eodem statu conservare ac occasione competentis repetitionis restituere, et interea forte ex incuria contingens damnum reparare, quo obligationes ad haeredes quoque depositarii extenduntur.

§. 244.

Depositarius ad fideles manus receptum depositum pro suo libitu in proprium usum convertens cogitur ad restitutionem in integrum, ac solutionem intercessurum, atque instar furti puniatur: P. 3. §. 83.

§. 245.

At si res deposito sine culpa depositarii inevitabilibus casibus, ut depredatione publica, violenta expropriatione, lapsu aedificii, incendio, vel exundatione, quibus ipse quoque damnum patitur, deteriorantur, vel persum ebant, aut diuturnitate temporis veterascunt, depositarius ab omni bonificationis onere immunis est.

§. 246.

Dum plures rerum depositarum participes sunt depositario nec totum depositum nec ejus partem uni solo extradare licet, nisi in occasione depositionis sanatum fuerit, vel repetens se met desuper instrumento authentico, depositario pro ejus securitate exhibendo, legitimaverit.

§. 247.

Deposito ultra sex annos jacente, et a nemine repetito, vel saltem mentionato, depositarius in Magistratum vel Officiarium loci denunciare debet, qui depositorem si ejus comorationis locus notus fuerit, per concernentem officiolatum, vel si igno-



ignotatur, edictaliter cum praefixo termino preemtorio ad recipiendum depositum ad monet, quod interim depositarius pro suo arbitrio vel in sequestrum transponere, vel ulterius sub sua cura reservare potest.

§. 248.

Depositore praeterlapso termino, nec in persona nec per Mandatarium legitimum comparente, neque scriptam declarationem inhiuante, et periculo detrimenti per casus metuendo: ad requisitionem depositarii Commissio ab officio ordinata Cistas, offeratas quoque aperit, res depositas per viros rei ignaros aestimatas appositis metis consignat, non conservabiles vendit, reliquas cum pecunia pro his percepta, defalcatis tantum necessariis expensis, prees authenticam specificationem, cujus stat in Archivo aservandum ipse quoque depositarius subscribit, porro quoque sub eius custodia relinquit, idem deinceps pecuniam pro sua opera et evictione, sub obligatione tamen restituendi in casu legitime repetitionis, interim in suam utilitatem impendere potest.

§. 249.

Si postea quoque transactis 12 annis nemo depositum postulat, nec scitur, ubi depositor vel ejus heredes degunt, is iterum medio circularium et ephemeridum expensis de deposito defunctis edictaliter citatur, in dato spatio annuo preemtorio. Dum illo quoque praeterlapso nemo se inhiuat, depositum depositario pro ejus voluntario usa et applicatione conceditur.

§. 250.

§. 250.

Quia tamen circa deposita nulla praescriptio dominium directum tollit, §. 188. Depositarius vel ejus heredes postea quoque obligati sunt depositum fors legitimo modo postulatum juxta specificationem, et pro rebus non amplius existentibus pretium estimationis depositori, vel ejus representanti aut Mandatario exhibere, absque tamen interfusio, quia res in natura conservata nullum lucrum dant, quin potius corrumpi queunt, et Conservator semper evictioni subjacet.

Jurium.



3

*Jurium Saxoniorum*  
*Partis Secunda*  
*de*  
*mediis et modalitate*  
*lata vel adempta jura*  
*in via judiciali*  
*reparandi et recuperandi.*

*Partis Secunda.*

*Liber 1<sup>us</sup> = De modo procedendi in causis, ubi unus*  
*actor, unus inetus, et unum tantum objectum*  
*litis est, vel etiam plures communem causam*  
*habentes actores, vel plures ineti consortes, vel*  
*plura sub una actione collective complexa*  
*et compositum totum efficientia objecta sunt.*

*Tit. 1., de citatione, comparitione, exmissione et*  
*congrua preparatione.*

*2., de exceptionibus.*

*3., de actione litis contestatione, semiplena*  
*proba, et juramento suppletorio vel pur-*  
*gatorio.*

*4., de proba per vivos testes*

*5., de testimonio in perpetuam rei memoriam.*

*6., de scriptis documentis et instrumentis*  
*authenticis.*

*7., de ulteriori modo procedendi in merito*  
*et decisione.*

*8., de appellatione et transmissione.*

*9., de executione sententiae et satisfacti-*  
*one.*

*10., de Novo Gratioso.*

*Liber 2<sup>us</sup> =*



Liber 2<sup>us</sup> De modo procedendi in casibus dum plu-  
res Actores propter diversa objecta contra  
unum seum vel plures consortes commu-  
nem causam habentes agunt, uti in proces-  
sibus Cridalibus.

Tit. 1. de motivis et necessariis preparacioni-  
bus ad causas Cridales.

2. de modalitate observanda dum Crida  
vel ab ipso Debitore vel a Creditoribus sol-  
licitatur.

3. de institutione processus Cridalis ab  
Officio

4. de Convocatione Creditorum ad Con-  
cursum et constitutione Curatoris bono-  
rum.

5. de affirmatione et venditione facultat-  
um Cridatarii.

6. de liquidatione et classificatione.

7. de exceptionibus contra classificatio-  
nem et actione de prioritate

8. de excontentatione Creditorum.

Liber 3<sup>us</sup>

Liber 3<sup>us</sup> De modo procedendi, dum respectu uni-  
us objecti, vel plurium connexorum et  
sub una actione comprehensorum obje-  
ctorum plures tam Actores quam Incti  
comparent, uti in processibus revindica-  
tionis.

Tit. 1. de pravis observationibus ante in-  
stitutionem actionis revindicatorie,

2. de auspicio et tractatione cause re-  
vindicationis.

3. de evictione.

Liber Primus.



l. i. §. i. De Citatione, Comparitione, Exmissione &c.

*Libet primus.*

De modo procedendi in causis, ubi unus actor, unus Inctus et unum tantum obiectum litis est, vel etiam plures comunem causam habentes actores, vel plures Incti consortes, vel plura sub una actione collective complexa et totum compositum efficiencia obiecta sunt.

*Titulus f. i.*

De Citatione, Comparitione, Exmissione et congrua preparatione.

*§. 1.*

Nemo in sua propria causa iudex esse potest, igitur laicus, vel iure suo privatus adversarium suum coram eius foro competente, in cuius nempe jurisdictionis ambitu possessionatus, vel obiectum litis, si immobile fuerit, situm est, conveniat p. s. ib. /

*§. 2.*

Siquidem ad unitatem propositionem parteq. altera inaudita nihil rite statui potest, necessarium est, ut ambe partes litigantes coram iudice simul compareant, et suas reciprocas allegationes proponant. In quem finem iudex actori sigillum citationum annotato tam ore emanationis, quam termino comparationis exhibet, medio cuius etiam Inctus aequae ac actor testis suus citare potest, ad evitandum temporis dispendium per exmissione.

*§. 3.*

Eiusmodi sigillo ad minimum 8 diebus ante terminum prescriptum Inctus et testis actoris si omnes in loco iudicatus habitant per actorem ipsum vel per satellitem, in pagis vero de

l. i. §. i. De Citatione, Comparitione, Exmissione &c.

degentes per officiales pagenses citandi sunt, in utroque citationis modo eius datum et nomina citatorum indorsanda sunt sigillo, ne citatio negari possit.

*§. 11.*

Citatus Inctus vel testis ad prescriptum terminum non comparens uno floren. ad secundam quoque citationem et terminum non veniens duobus florentis mulctatur. Si Inctus etiam ad tertiam preteritoriam citationem emanet, nec Mandatari, um vel Procuratorem aut Nuncium sui loco mittit, ob contumaciam in merito, et ad bonificandum actori omnes expensas in causa civili convincitur. Testis vero ad tertiam citationem in termino preteritorio non comparens vi accersitur, et pro merito punitur: inevitabilia tamen impedimenta sufficienter probata excusant.

*§. 5.*

Si vero querelarum momenta e. gr. evictio vel delictum Incti personalem presentiam coram iudice inevitabiliter requirunt, evictio in causa civili, per non venit, non sufficit, sed Inctus auctoritate officiali coram foro sistendus est, seque intuitu vel evictionis vel fidealis actionis legitimare tenetur.

*§. 6.*

Si citandus interim in alio jurisdictionis loco aoto moratur, officialatus eius Circuli requiritur ad notificandum illi citationem et terminum: si refertur, eum desuper certiorum factum esse, is tamen non comparet, sententia contra eum fertur, et pro circumstantiarum qualitate ad executionem transcribitur.

*§. 7.*

loco comoracionis citandi ignoto, is edictaliter per Cir



3. *L. I. I. De Citatione, Comparitione, Exmissione &c.*

*Circularia divulgata vel medio ephemeridum citatur.*

§. 8.

Reus possessionatus et opibus provifus present, quamvis Criminis accusatus, non in carceratur, dummodo fidejussores ingenit cautionem, eum usque ad exitum cause quandoque postulatam fuerit, sistendi prestiterint, metus vero non possessionatus nec ad fidejussionem dimittitur sed captivus retinetur.

§. 9.

In facto delicti vel in continua persecutione deprehensus, cuicumque jurisdictioni subiectus, possessionatus vel in possessionatus, simili modo fugitivus delinquent prosequi iudici pro incarceratione mancipandus est, postea decernitur, an ad cautionem emittendus sit, vel non. Si persecutus vel aggressus delinens se fuga vel violenta defensione salvare moliretur, eum interficere fas est §. 8. §. 10. §. 11.

§. 10.

Actor fundatis obstaculis a comparitione ad determinatum diem coram foro miserit, tam Incho quam iudici casum et causam praevis notificare, aliumque terminum expectare tenetur.

§. 11.

Actore tempore determinato nec in persona nec per Mandatarium coram iudice comparente, Incho absque ulteriori questione absolvitur eique bonificatio expensarum adjudicatur. Si vero Actor paulo post legitimas causas remotionis demonstraverit, causa assumitur et deciditur.

§. 12.

Comparentibus ambabus partibus legitimo tempore co-

*L. I. I. De Citatione, Comparitione, Exmissione &c.*

11.

coram foro, actor allegationes et demonstrationes suas paratas et in promptu habere debet, nam ei dilatio non applicanda, nisi Incho momentum quoddam nondum illi notum, ad rem faciendam protulerit, alius testimonium tunc non suppetentibus refutandum, vel testes citati non comparuerint, in quibus casibus dilatio indulgetur.

§. 13.

Incho e contra exmissionem pretenti, ea non denegantur, et partibus alius terminus pro circumstantiarum indulta destinatur.

§. 14.

Quia multi litigantes iura et leges ignorant, iudicis officium est tales de necessario modo procedendi rite informare, et dum litigans ex simplicitate vel ignorantia quoad formam malitatem errat, vel momentum quoddam principale praeterit, dirigere, ne propter ejusmodi menda fors fundato jure privetur, tantummodo factum et meritum non attingat. Interea etiam integrum est partibus, ad praecavendum ejusmodi errores, res litigiosas arduas Plenipotentiarius vel Procuratoribus concedere. Hi autem prius vel scripto tenent vel ore tenent coram foro competente legitimandi sunt: qui enim causam alienam sine praevia legitimatione defendendam suscipit, simpliciter anuovetur et 20 sris mulctatur.

\* Cod. Lex unica Tit. III. qua desunt Advocatis partium Judex suppleat.

Titulus 2<sup>us</sup>



5. *P. II.*  
*L. i. T. 2. De exceptionibus.*

*Titulus 2<sup>us</sup>*  
*De Exceptionibus.*

*§. 15.*

Quis citatoris judiciali vocatus coram iudice quidem com-  
parere debet, at vero integrum est, sub ingressu statim exceptio-  
nes formare, usque ad quarum decisionem non licet actori meri-  
tum attingere. Exorta fors in limine quoque iudicii injuria  
querela, vel in cursu causa fractio seorsim, de facto, ordina-  
rio processu interim suspenso, iudicanda et decidenda est.

*§. 16.*

Inclusus contra forum excipiens, seque in alius jurisdictionis  
circulo domicilium habere demonstrans §. 1. si actio contra  
ejus personam, vel ad objectum in alius jurisdictionis circulo  
situm directa fuerit, cognita veritate dispensatur, et actor  
ad ejus instantiam competentem invidetur. At si objectum  
querela liquidum debitum ad terminum contra stipulatio-  
nem non solutam fuerit, quirit iudex pollet facultate, debito-  
rem ad excontentandum Creditorem, vel sufficiente cautione  
assecurandum cogendi, si nimirum diversis jurisdictionibus  
subiungunt. Si denique causa fundum in circulo fori, contra  
quod excipitur, situm concernit, exceptio non stat, sed Inclusus  
tenetur respondere et submittere.

*§. 17.*

Datur etiam exceptio contra personam iudicis ob arctam  
consanguinitatis necum cum alterutro litigantium, sicut contra te-  
stes consanguineos §. 37. vel ob coniteressentiam quoad substra-  
tum litis, vel ob aliam inter ipsum et alterutram partium suboc-  
santem controversiam. Si ejusmodi circumstantia fundata fue-

*P. II.*

*L. i. T. 2. De exceptionibus.*

*C.*

fuerint, iudex decedit e tribunali, eius alius substituitur.

*§. 18.*

Dum Inclusus contra Actorem excipiendo demonstrat,  
Actorem ad objectum litis nullum jus habere, vel Inclusum id non  
possidere, vel si possederit, ad evictorem provocat, a quo id le-  
gitimo modo acquisivisse statuit, ab impetitione absoluitur,  
in casu posteriori ambo ad evictorem invidentur.

*§. 19.*

Si contra processum excipitur, et probatur, ejus substra-  
tum esse, vel

- 1<sup>o</sup> Controversiam complanatione deliberato equipollente  
aut concessio iuramento sepitam, vel
- 2<sup>o</sup> judicialiter decisam et absque remedio juris resuscitatum,  
vel
- 3<sup>o</sup> inchoatam et sine reservatione derelictam causam, vel
- 4<sup>o</sup> processum neglecta transmissionis extractione, in finua-  
tione, et promotione abolitum, vel
- 5<sup>o</sup> extractum secunda vice circa idem objectum manda-  
tum novum gratiosum.

Inclusus absoluitur, et Actor non tantum amovetur, sed etiam ad bo-  
nificandum adversario omnes expensas et fatigias convincitur, ac  
praeterea in 4<sup>o</sup> casu 12, in quinto 211 florenis mulctatur.

*§. 20.*

Exceptio contra Actorem de non suppetente cautione,  
quod nempe is plane non, vel saltem non in eodem circulo cum  
Incluso professionalis sit, ab hoc fundata formata, eaque postulata,  
Actor fidei iutores sub eadem cum Incluso jurisdictione domicilia-



P. II.

7. L. I. §. 3. De Actione liti contest. semipl. proba et juram.

fos de plenaria satisfactioe in eap. succumbentia sistere tenentur.

§. 21.

Eodem modo Inctus in possessionatus, ad requisitionem Actoris fideiussorem de sistendo toties quoties necessarium fuerit usq. ad exitum litis, vel reo disparente, de totali beneficentia omnium legitimarum profectionum, constituere tenentur. Tali cautione non suppetente, et periculo e circumstantiis apparente, etiam Incti personalis incaptivatio peti et obtineri potest.

§. 22.

Omnes haecenus receptae et aliae exceptiones ante allegationes pro et contra meritum tangentes, formandae, ad ver. se partis contradictiones assumenda, utraque probanda et a foro dijudicanda sunt, postmodum nulla amplius locum habent praeter exceptiones contra testet vel Documenta occasione productionis applicandas.

§. 23.

Deliberatum interlocutorium respectu alicujus exceptionis pronunciatum appellatum ante decisionem rei principalis in merito non transmittitur, sed tantum in protocollo annotatur, nisi exceptio sit meritoria seu preemtoria.

Titulus 9<sup>tius</sup>

De Actione liti contestatione semiplena proba et juramento suppletorio vel purgatorio.

§. 24.

Exceptionibus fors formatis, decisis, vel nullis prolatis

P. II.

L. I. §. 3. de Actione liti contest. semipl. proba, et juram.

prolatis, Actor tenetur Actionem suam meritaalem cum genuina descriptione objecti litigiosi perspicue proponere.

§. 25.

Incto incumbit responsionem suam nude ad actionem restringere, ne licet ei alias differentia objecta concernentes querelas contra Actorem munitur. Si vero is Actionem fundatam esse recognoverit, res ulteriori proba non indiget, sed ad confessionem deciditur.

§. 26.

At negans accusatus non potest cogi ad quodpiam pro vel contra semet proferendum, multo minus probandum vel producendum, exceptis nihilominus sub sua cura asseratis communibus instrumentis, ut literis divisionalibus, ratiociniis et instrumentis negotiatoriis, quibus quisquilibet exhibere tenetur.

§. 27.

Hujusmodi casu non obvio, Actori incumbit proba, eo nihil probante reus simpliciter absolvitur §. P. I. §. 198.

§. 28.

Si eminentibus inter mutuas allegationes quibusdam iudicij momentosis in favorem alterutrius partis, adversarius ei juramentum sponte concedit, id desumendum, et controversia pericem dirimenda est.

§. 29.

Alterutra parte super allegatione sua semiplenam probam proferente, utpote, si duos vel plerumq. testium passiones vel aliae circumstantiae summum gradum probabilitatis vel iudicia prosci, ma demonstraverint, litigant talibus argumentis munitus etiam ad deponendum de super juramentum suppletorium vel pur



2

P. II.  
9. l. i. §. 4. De proba per fessiones testium.

purgatorium, a quo nec Officiales in propria causa dispen-  
santur, admittendus est.

§. 30.

Litigante juramentum suppletorium vel purgatorium ad-  
versario suo ad iudicium non concedente, sed ad superius fo-  
rum appellante, deposito suspenditur et res transmittitur, nisi  
legalia obstacula impediant.

§. 31.

In litibus, quosdam brevi modalitate dirimi nequeunt, cir-  
cumstantiales probo, vel trium aut saltem duorum testium legiti-  
morum fessiones pro motivis et argumentis decisionis legibus  
conformibus requiruntur. De ejusmodi testimoniis in sequenti ti-  
tulo agitur.

Titulus II<sup>us</sup>

De proba per fessiones testium.

§. 32.

Actore momenta actionis sue in presentia Ineti prolata te-  
stium fessionibus roborare nitente, Inetus quoque argumenta  
sua refutatoria explanare, ac si testimoniis indigeret, suos quoque  
testes constituere tenetur.

§. 33.

Utrique litigantium licet contra unum alterumve testem  
adversarii prolatis validis rationibus excipere. Iudicio postea  
audita etiam altera parte competit decernere, an stet exceptio  
nec ne? Ejusmodi exceptionum momenta legitima sunt sequen-  
tia.

§. 34.

Officialis in eadem causa simul iudicem et testem agere  
nequit.

P. II.

l. i. §. 4. De proba per fessiones testium.

10.

nequit, adeoque nec licet ei iuxta propriam privatam notitiam, sed op-  
portet nade secundum testium fessiones vel alia documenta iubi-  
cum ferre. Ast si res magni momenti, et ejus testimonium neces-  
sarium fuerit, munus iudicis interea alii cedere et attestari po-  
test: relatio vero super locali revisione vel oculatione non est  
pro privata fessione habenda, adeoque exceptioni non obnoxia.

§. 35.

Nec Procurator in causa ab ipso defensa, nec Mandatari-  
us aut Plenipotentarius pro teste admitti potest.

§. 36.

Multo minus cointerfessus, aut notorius alterutrius litigan-  
tium adversarius vel quoad personam vel quoad rem testimonium  
perhibendi capax est.

§. 37.

Porro a testificando arcentur litigantium consanguinei sequen-  
tium graduum, utpote pater, mater, liberi, vitricus, noverca, privi-  
gnus, privigna, avi, avia, nepotes, neptes, fratrum vel sororum  
sive ex una tantum parte sive ab ambabus connexorum liberi,  
nisi talis testis cum utroque litigante in equali gradu steterit.  
e. gr. si duo fratres causant, tertius frater vel soror ut et pa-  
rentes, nisi interessati fuerint, pro testibus admittuntur.

§. 38.

Etiam famuli et Ancilla nec pro, nec contra suum herum  
vel heram durante servitio testari possunt, exceptis causis, ubi  
unus consensualium alterum accusat.

§. 39.

Homines propter furtum, homicidium, adulterium, perjurium



P. II.  
ii. l. i. T. II. De proba per fassiones testium.

perjurium vel alia graviora delicta antea sententia nati postmodum pro testibus non acceptantur.

§. 110.

Demum invalido sunt fassiones juvenum nondum 14 annorum, mente captorum, ebriorum tempore examinationis, aut morbo delirantium.

§. 111.

Duo et plures fratres, sorores, maritus et uxores cum liberis, et alii propinqui consanguinei, dum modo cum alterutro litigante in arcto sanguinis nexu non sint, simul testificandi capaces sunt: contra consanguinitate in nullo casu locum habet.

§. 112.

Qui damnificato notum reddit, ubi objectum deperditum reperibile sit, vulgo hialahat etiam testem coram iudicio agere potest, nisi alia legitime exceptiones contra eum formantur et probantur: denunciator vero in materia injurie verbalis a testimonio excluditur.

§. 113.

Exceptionibus non formatis, vel forte formatis pro invalidis deliberative declaratis, testes ambarum partium in earum presentia de objectis fassionum vel punctis interrogatoriis rite informantur, et jurantur: Postea omnes una egredi, et testes singillatim successive intrare jubentur, examinantur, eorumque fassiones consignantur.

§. 114.

P. II.  
L. i. T. II. 15. De testimonio in perpetuam rei memoriam. 12.

§. 114.

Litigans extraneorum testium fassionibus indigens illas ad eorum jurisdictionem compellit, ibi juratos examinari curat, et litteras relatorias desuper extrahit.

§. 115.

Si adversa parte occasione adjurationis et examinationis testium presentis non fuerit, ad eoque nec contra unum vel alium ex instanti excipere potuerit, tempore productionis adhuc integrum est, exceptiones formare, et ad probandum exemptionem petere.

§. 116.

Aliquando duo Cancellista vel Regii ad diversa loca emissi testium juratorum fassiones in litteras Inquisitorio Relatorias congerunt: contra ejusmodi testes quoque coram Foro exceptio locum habet, qui secundum Instructionem Salutarem §. 83. & 87. coram eodem denuo examinandi et authenticandi sunt, secus eorum fassiones pro validis non acceptantur.

§. 117.

In omnibus testificandi casibus persone publicis officij functo non jurantur, sed earum testimonium relate ad juramentum officiosum pro valido suscipitur.

Titulus 5<sup>us</sup>

De testimoniis in perpetuam rei memoriam.

§. 118.

Ad concinnandum testimonium in perpetuam rei memoriam



## 13. d. i. T. 5. De testimonio in perpetuam rei memoriam.

memoriam testes modo in iure solito citati coram foro ordinario, vel Commissione ex officialibus aut juratis personis constituta comparere, examinantur, eorumque fassiones genuine et circumstantialiter authentico Instrumento inferuntur, saltem manente in talibus quoque casibus exceptione contra testes.

Rationes ejusmodi testimonia exigentes dupliciter generis sunt.

## §. 49.

Motivum prioris generis est, si quis intuitu alicujus rei processum in via juris instituire molitur, at circumstantie suspensionem actionis adhuc aliquandiu possunt vel conditionata presentio subvertat, cujus executio et instanti preragi nequit, et periculum aliquem testem necessarium interea ob grandem senectutem, vel insanabilem morbum vel iter longum morae aggrediendum perire immineat.

## §. 50.

Hujusmodi Documentum expeditum et sigillo clausum in Archivo judiciali asservatur, usque ad ejus usum et applicationem coram foro, quo si ultra annum temporis spatium differat, Instrumentum vim amittit, nisi legitima causa mora demonstrari poterit. e. gr. si vel actor vel inctus necessarius negotiis occupatus diutius absens fuerit, vel alteruter longo morbo laboraverit, vel inctus sui juris nondum composuerit. in talibus et similibus casibus validitatem ulterius quoque retinet.

## §. 51.

Intentio secundi generis est juris quamvis nondum controversi sustentatio, dum nimirum exposcent pactum verbale legitimum, vel justum titulum acquisitionis et possessionis ali-

## d. i. T. 6. De scriptis documentis et instrumentis authenticis. 14.

alicujus objecti aut servitutis juratorum testimonio fassionibus pro sua et successorum suorum futura cautela et defensione contra omnem aliorum impetitionem roborandi propositum habet vel aliqua Communitas sine probandi vel tuendi sui juris territorialis vel metallicae Inquisitionem et desuper litteras relationarias confici curat. Talia Instrumenta in forma legali et sub authentica expedita vim probandi in perpetuum retinent, tanto fortius si in protocollo publico altera parte presente annotata hntur et exponentibus extractus superinde admanuatur.

## Titulus C. 4.

## De scriptis Documentis et Instrumentis authenticis.

## §. 52.

Precipua Documenta scripta sunt, Originalis litterae Principum, metales, vel earum transumpta, Deliberata et Extractus Protocollores.

Haec sequuntur, Litterae patentes super possessione domus vel fundi, aut in aliis materiis ab officio vel a personis munitis publicis fungentibus expedita.

Porro Contractus a paciscentibus vel a Testibus aut sic dictis Regibus subscripti, fassiones super donatione inter vivos, Testamenta, Instrumenta obligatoria super mutuo levata pecunia, pignoratitia, et Divisionalia.

Denique Litterae missiles, libri Mercantiles, episcopi cum et domestici.

## §. 53.

Ejusmodi Documenta ferriunt producenti pro proba, nisi adversarius ea validis argumentis contrariis refutaverit, prout hoc possibile est.

## §. 54.



## 15. L. I. C. De scriptis documentis et Instrumentis authenticis.

§. 54.

Accidere namque potest, ut aliqua Comunitas unum, alia aliud Instrumentum metale vel recentius vel veterius, illo in quadam parte contrarium exhibeat.

Transumptorum et viduatarum Copiarum plura exemplaria exigere possunt, proinde tale, cuius pars, vel ipsum originale judicialiter cassatum fuerit, produci potest.

Litigantium alter deliberato fori inferioris, alter revisorii, si cuius fori prius reformatum est, movetur esse potest.

Aliquis litteras super possessione domus vel alij rebus ab officio obtinere, ab earum vero usu e rationibus capi proficius sponte recedere potest.

Exceptiones seu objectiones, quae contra Testamentum obmoveri possunt, in Bartol. I. d. 2. tit. 6. recensita sunt.

Litteris obligatorij quietantis vel ammortisationis Instrumenta opponi possunt.

Litterae divisionales indicant, quid quantumve uni vel alteri dividendum occasione divisionis obvenit, postmodum vero cum objectis in illis specificatis variae mutationes contingere quiverunt.

Litterae missiles, requisitiones aut recognitiones super perceptis rebus vel pecuniis continere possunt, interea etiam possibile est, eas postmodum restitutas vel solutas esse.

Liber mercantilium vel regestum opificum aut domesticum interestate concinnari, vel quadam solutis propositiones delere oblitum esse, vel praetensionem scheda recognitione percepta solutis, nisi munita opponi potest.

Dantur denique etiam Instrumenta falsa et vitiosa. §. 55.

## L. I. C. 7. De ulteriori modo procedendi in merito. 16.

§. 55.

Necessarium est igitur omnia producta Documenta unius partis, alteri, si postulaverit, etiam in originalibus, pro edendis desuper suis reflexionibus vel objectionibus communicare in termino praefigendo restituendas. Communicatio in Actis annotatur, ut accipiens in capis exigente de acceptione convineatur et ad restitutionem adigatur, ac exhibitor securus reddatur.

§. 56.

Exceptiones vel objectiones adversa partis exhibitori notificantur, hujusque responsio assumitur, tandem forum decernit, an Instrumentum validitatem probandi habeat vel non.

Quamvis Liberis mercantilibus, Regestis opificum et domesticis nulla momentosa objectiones obstant, tamen pretendentibus ea producuntibus incumbit eorum integritatem juramento roborare, quia hoc duntaxat modo fidei dignitatem coram Foro nanciscuntur.

Titulus 7<sup>mus</sup>

## De ulteriori modo procedendi in merito submissione et Deliberato.

§. 57.

Passionibus septium utriusque partis eis praesentibus distincte praefactis, cuique licet ulteriora sua exinde de prompta argumenta allegare, non vero novos testes examinandos producere, nisi Judex ipse ad dilucidandum fori quadam circumstantias adhuc obscuras alicui uberiores probam injungat.

§. 58.

Postea Actor cum actione principali connectit etiam praetensiones suas accessorias aequae in momentis passionum vel documentorum fundatas, nimirum intuitu interisurarii interimalis, vel usus



17. L. i. §. 5. De appellatione et transmissione.

usufuctus, vel lucri cessantis, ut et bonificationis expensarum et fatigiorum, cum protestatione, et submittit.

§. 57.

Inclus similitur testimoniis vel documentis ab ipso prolati immiscuit subit ultiores rationes defensorias, et reciprocas pro-  
tensiones ac protestationes infinuat submittendo.

§. 60.

Litigantes vel eorum Procuratores in allegationibus suis ultra modum divagantes iudex in competentes limites restrin-  
gendi, et superflua aut inutilia asserta delendi facultate potest.

§. 61.

Conclusis et iudicio submissis allegationibus litigantium, si conditio rei et circumstantia concesserint vel possiderint, ab officio ad complanationem amicabilem admonentur, ea ve-  
ro non succedente, ad deliberandum proceditur.

§. 62.

Forum itaque amborum partium allegationes et probatio-  
nes in maturum fructum sumendo et motiva decidendi ex il-  
lis hausta legibus et equitati applicando deliberative determi-  
nat, quid una pars alteri in iure tam objecti litis in merito,  
quam accessoriarum preterensionum, nimirum inter usum, usuf-  
uctus, lucri cessantis et bonificationis expensarum et fatigi-  
orum prestare teneatur, latamque sententiam publicat.

Titulus §. 5<sup>us</sup>

De appellatione et transmissione.

§. 63.

Dum post publicatam sententiam alteruter litigantium  
vel uterque in quadam parte ea non acquiescit, id notificandum  
et

L. i. §. 4. De appellatione et transmissione.

appellatio vel defacto, vel obtento deliberandi spatio usque ad  
decursum viginti quatuor horarum, in sinuanda vel ab ea re,  
cedendum est.

§. 64.

Ufus novi cedendo appellationi, non simpliciter, et non cum in-  
hibitione in foro laconico non habent locum, quia in foro retri,  
foris novas passionis et nova documenta assumere fas est.

§. 65.

Una parte appellante, altera contra transmissionem con-  
tendente et protestante, hanc oportet rationes suas revelare,  
proequae vero transmissionem impediens sunt sequentes, ni-  
mirum:

1. Si debitor appellans liquida preterensioni creditoris nul-  
lam fundatam refutationem opponere potest, sed tantum nuda ne-  
gationi, vel vero preterenti preterite solutionis insistit.

2. Si controversia pro complanationem vel admissum iura-  
mentum sopita fuerit.

3. Si quis in cursu processus nec apparentes multo minus  
probabiles allegationes protulerit, et adversarium suum appella-  
tione tantum molestare et fatigare intendit.

4. Si causis criminalibus reo, vel sine adhibitione violento-  
rum medicorum confitente, vel testium passionibus convicto. Ve-  
runtamen in casibus delictorum poenam mortis vel ei equi-  
parandam post se trahentium, subicatur officii est, omnia acta  
Senatui communicare et cum eo intelligenter sententiam ferre.

5. Si in exceptivis §. 231 vel

6. In causa novisatis nullo novo documento suffultis §. 191  
appellatum fuerit.

§. 66.

Injurianti verbali in foro prime instantie succumbenti



19. L. I. T. 8. De appellatione et Transmissione.

tantum ad Senatam vel Magistratum, injuriato vero Actori usque ad supremum forum gradatim appellatio patet, ita etiam in causis realium injuriarum graviorum cuius parti.

§. 67.

Denegatur transmissio causa, cujus objectum litis mobile est, ad Universitatem, si eius pretium minus quam 10 fior., ad Regium Sabernium, nisi 40 florenos importet.

§. 68.

Transmissione denegata, appellanti adhuc superest de re, cursu ad Comitum Nationis statim post publicationem protestari, subinde vero intra 15 dies instantiam cum annexo deliberato appellato ei insinuare, idque factum esse dato presentati demonstrare, postea Resolutionem iterum ante 15 dies efflucum a dato eius emanationis computando foro concernenti exhibere debet, secus illud remedium in omni casu more ulterioris vel neglectus termini evanescit et non attenditur.

§. 69.

Omnes vero processus propter objecta mobilia, quot pretium plus quam in §. 67. expressum est, importat, vel propter bona immobilia sine discrimine valoris, vel propter eius incoherentes servitutes moti et appellati usque ad supremum Forum reversionis gradatim transmittuntur.

§. 70.

Pendente lite eius objectum absque omni variatione in statu anteriore relinquendum et conservandum, adeoque nec totum nec aliqua eius pars abalienanda est: si nihilominus tale quid moliori altera parte observaret, id medio sigilli judicialis inhibitorii impedire potest, solita vero cultura et usus fuerit

L. I. T. 8. De appellatione et Transmissione.

fundi usque ad finalem decisionem interdicti nequit, quod si tamen fieret, possessor momentaneus cedere non tenetur, quia talis inhibitiō legi contraria est.

§. 71.

Appellata causa transmissa, appellans in bimestrali termino a die appellationis computando transmissio alet extrahere §. 70. et etiam Actuarius ear sub eodem temporis spatio, nisi aliter negotii servitii, vel ferit, vel alius obstaculis considerabilibus impeditus fuerit, expedire, et datum tam expeditionis quam exhibitionis nec non causam fore interverte remore adscribere tenetur.

§. 72.

Appellans transmissioales iusto tempore excipiens tenetur ear intra duas septimanas spatum Presidi vel Actuarii fori reversionis, vel, si ad Universitatem directe fuerint, anteriori iudici ad aperiendum presentare, postea rationes appellandi, intra alias 15 dies concinnare, et aperiendi iterum exhibere, vel se nullas annectere velle declarare, aperiens rationes appellandi, si dentur, ad verso parti pro edendis desuper reflexionibus tradit, presigendo iterum 15 dies, quibus presentandis omnia Acta Presidi fori reversionis indilate ad manus, anda sunt, simulque ab ipso, pro appellante terminus et sigillum citatorium expetendum est. Si vero alterutra pars interea a confectione suorum exhibendorum usque ad presicium terminum arduis obstaculis impeditur, id praevidelic notificandum et dilatio expetenda est.

In causis ad Regium Sabernium appellatis et transmissis loco 15 dierum 30 dies indulgentur.

§. 73.



§. 73.

Si appellans transmissionales intra duos Menses non excipit §. 6. nisi nec Actuarium retardationis expeditionis arguere et convincere potest, sed transmissionales pro apertione, vel refectione appellandi pro communicatione justo tempore exhibere negligit, sine impetrata dilatione, aut alia legitima excusatione: alteri parti competit a foro transmittente proclusione adversarii et executionem postulare et impetrare, et quod officium est satisfactionem executione procurare.

Si vero appellans transmissionales ab Universitate rite obtentat ultra mensuram spatium sine valida causa mora Regio Suberno insinuare omiserit; appellatur illius ulteriores progressus impedire potest, ita nempe, ut Deliberatum Universitatis et attestatum Actuarii super termino expeditionis et exceptionis transmissionalium in Dictatura Guberniali exhibendo proclamationem expectat, hocq; juris remedio adhibito a Regio Suberno executionem sollicitare et obtinere potest. §. 71. 72. 73. Cong. Univ. de 21. Apr. a. 1802. Nr. 214. et Decr. Gub. de 14. Febr. 1803. Nr. 279.

§. 74.

Causa appellata memorato modo contruente, vel ab appellante derelicta, eidem nullam amplius actionem in iudicio ejusdem objecti movere licet, non opitulantiibus etiam dicitis vel mandato Principis.

Titulus Quintus

De executione Sententia et Satisfactione.

§. 75.

Executio Causa seu ab inferiore seu a revisorio foro finaliter

decise foro primo instantia competit, tantum in Causis territorialibus aliquando alia Coniuncta executores exmittuntur.

§. 76.

Partibus prescripto termino in foro comparentibus Delictatum exequendum prolegitur, atq; si substratum litigiosum anteriori possessori iudicialiter relictum fuerit, is in dominio confirmatus, si vero adversa parti mobile adjudicatum fuerit ei statim traditur, si fundus, in ejus possessionem introducitur.

§. 77.

Objectum adjudicatum ob causas inevitabiles non amplius existens ab honestis viris, quibus antea notum fuit, pro genuino valore, vel ad analogiam aliorum similium objectorum estimatur, ejusq; pretium saltem liquidatum a succumbente solvitur, si vero in ipso culpa fuerit, insuper penam luit.

§. 78.

Bonificatio lucri cessantis, vel usus fructus, vel suspensio, si inter usum, triumphanti adjudicata, audita et ruminata adversa partis exceptione vel opposicione aequa proportione et modificatione determinatur.

§. 79.

Item triumphans omnes suas expensas et temporis dispendium precificat succumbens super quavis positione suas reflexiones et difficultates explanat, et iudicium iuxta usum vigentem et equitatem liquidat.

§. 80.

Appellante alterutra parte abortam differentiam in processu liquidationis, non obviis arduis obstaculis a iudicatu ad



## 23. L. I. T. g. De executione et satisfactione.

ad Senatum, inde quoque, si substratum controversum florentis  
vel plus importat, ad Universitatem transmittitur, Denique eti-  
am in difficultatibus non sicut importatibus appellatio ad  
illegium Sabernium patet: §. 81.

§. 81.

Interea reliqua liquidationis objecta nulla contradic-  
tione obnoxia exequenda sunt, succumbenti tamen ad momen-  
taneam solutionem incapaci sex septimanarum spatium mibi-  
getur.

§. 82.

Eodem modo si causa a Foro inferiore non appellata  
vel non transmissa fuerit, succumbenti ad satisfaciendum  
triumphanti sex septimanarum terminus prescribitur. Si ve-  
ro ille interea genuine probare poterit, Documenta contra  
ipsum ab adversario producta falsa esse, iudicatur officii  
est executionem suspendere, momenta prolata sedulo  
preferatari et pro reposito decidere, quod vero in causis  
appellatis et transmissis locum non habet, siquidem ejus-  
modi querela et probe coram foro revisorio, aut si tardius  
delegantur, penes novum gratiosum in foro primo instan-  
tia produci possunt.

§. 83.

Acio convicto satisfactionem injunctam usque ad ter-  
minum preemtorium non prestante, eo proterlapso commissio  
executoria in illius domum vel habitationem expeditur,  
ea si quantum competens adquant, pretendenti tradit, vel  
eo recusante, illa licitatione mediante vendit, et e precepta  
pecunia tam legitimam et liquidam summam, quam

## L. I. T. g. De executione et satisfactione.

24.

quam sumtus executionales sex pro cento computando deponit.

§. 84.

Verumptamen omni convicto pro possibili parere equitas  
suadet. Proinde prius parata pecunia postea minus necessa-  
ria suppellectilia, vel pretiosa, ornamenta et vestimenta, aut  
pecus otiosum, tantum illis non sufficientibus, professionista-  
rum instrumenta, officii, vel rusticolarum aratra, currus,  
jumenta et postremo fundi in illum finem accipiendi et con-  
vertendi sunt, sollicitè simul precavendum est, ne res aliis  
proprie vel oppignorate una cum reliquis occupentur. In  
vero exequendo quaedam objecta offerente, ea acceptanda  
sunt.

§. 85.

Etiā circa pretensionis minoris quantitatis in exe-  
quendo modalitas in §. precedente prescripta observanda,  
et in quovis casu non majoris valoris pignora quam preten-  
sio liquida possit, desumenda sunt.

Injustum ergo et culpabile est, dum pro aliquot crucife-  
rat vomer proferri tempore agriculture, vel pro aliquot  
florentis pecus alterum tantum vel multo plus valens pro  
pignore eripitur, et aliquamdiu fame affligitur.

§. 86.

Suammodum in Natione Saxonica executio non  
nisi in applicatione ad decisionem judicialem, ita nec re-  
pulsio in ullo casu locum habet. Qui itaque hoc remedio  
uti audeat, non solum simpliciter rejicitur, sed etiam poenis  
punitur.

Tit. 10<sup>us</sup>



25. L. i. T. r. De Novo Gratioso.

P. II.  
Titulus 10<sup>us</sup>  
De Novo gratioso.  
§. 87.

Qui causam non propter errorem aut neglectum in procedendo vel appellando sed ob defectum sufficientis probationis et per executionem finalis Deliberati extra dominium litigiosi objecti positus est postmodum autem aliquod proficuum documentum antea non productum vel testes quosdam nondum examinatos et factos nanciscitur: Mandatum Novi Gratiosi intra 12 annos extrahere, et medio eorum causam coram Foro prima instantie resuscitare et solito ordine tractare potest.

§. 88.

In causa vero iuramento ab altera parte concesso aut per complanationem sopita Mandatum non attenditur, nisi complanatio vi vel dolo et fraude ad effectum perducta fuerit.

§. 89.

Novisanti nova Documenta authentica nondum visa proferente, quorum fide dignitas nec argumentis ad verum factum nec aliis iudiciis debilitari potest: Iudicio competet novum Deliberatum, quamvis omnia anteriora invalidans ferre.

§. 90.

Nullis vero novis Documentis probandi qualitate praeditis, vel attestatis validis productis, non licet foro prima instantie Deliberatum fori superioris, motivis ex actis

2  
L. 2. T. I. De motivis ad causas Criminales.

26.  
Actis anterioribus haustus in iurum, quamvis suo in primo causa cursu lato non consentaneum, alterare. verum incumbit, sententiam suam in tali casu eo restringere: Si quidem novisanti nulla valida nova documenta producit, nec novum Deliberatum ferre convenit, itaque antea in vigore manet.

§. 91.

Etiamsi causa novisanti sunt appellabiles, nisi impedimenta in §§. 65. 66. et 67. appellationi obstant. Si denique novisanti in priori processu successive coram singulis, et denuo coram prima instantia foro succumbens appellaverit, non solum non transmittitur, sed etiam ad bonificandum ad versa parti omnes ejus expensas et fatigia vincitur, et executione mediante adfirmatur, non attendita nisi inuata protestatione de recursum §. 68. nec foro obtenta Ordinatione ad transmittendum, quam tamen impertiri nefas est.

Liber Secundus.

De modo procedendi in casibus dum plures Actores propter diversa objecta contra unum Inctum vel plures consortes communem causam habentes agunt, quod potissimum in causis Criminales fieri solet.

Titulus 11<sup>us</sup>

De motivis et necessariis preparationibus ad causas Criminales.

§. 92.

Dum plures Actores propter specificè diversa non connecta objecta contra unum Inctum vel consortes litem movere intendunt quod circa petitionem solutionis debitorum saepe contingere solet, quisque actionem vel pretensionem suam separatim pro-

57



27. L. 2. §. 2. De Crida mstij. ad pet. debit. vel credit.

preferendam et probandam habet, et cuius iuxta qualitatem documentorum productorum satisfactio administranda est.

§. 93.

Debitore ad excoentendum singulos sine alicujus pro-  
judicio capae idq. rite prestante vel cum pretenduntibus trans-  
igente, res in salvo est: at exserentibus se obstaculis et  
difficultatibus, praesertim si innotescit, factum ad huc pluri-  
bus creditoribus debitis teneri, ejusq. statum exitum esse  
decisio et satisfactio priorum suspendenda est, et circum-  
stantia genuine perscrutanda et eruenda sunt.

Titulus 2<sup>us</sup>

De modalitate observanda dum Crida vel ab ipso  
Debitore vel a Creditoribus sollicitatur.

§. 94.

Debitore vel a Creditoribus suis ad solvendum impulsio,  
vel promissa contemplatione circumstantiarum suarum  
commoto se pro Cridatario annunciante, vel vero ejus credi-  
toribus Cridam petentibus, Judex injungit illi, ut totum  
suum statum activum in Inventario, apposito singulor  
obectorum genuino pretio, specificet, similiter etiam pre-  
tensiones suas activas sub tribus titulis, utpote liquidarum  
dubiarum et desperatarum consignet, Porro omnes suos  
Creditores nominatim cum ejusvis pretensione quoad  
tam Capitalia quam Interfusoria genuine registret, me-  
moratis etiam pignoribus vel hypothecis uni vel alteri  
in scriptis, et illa omnia usq. ad terminum praefigendum  
exhibeat. Debitore scriptura haud gnaro, et aliis capacibus  
nomi.

28. L. 2. §. 2. De Crida mstij. ad pet. debit. vel credit.

hominibus earente, vel ipso obligationem suam negligente,  
omnia praerecepta a Judice aut a Commissione in eum  
finem denominata conficiuntur.

§. 95.

Quomodolibet Instrumentis confectis, Judex Creditoribus, si  
omnes in Provincia degunt, quindenalem, si aliquot eorum  
extra Provinciam habitant, mensurum terminum ad com-  
parendum vel personaliter vel per legitimos Mandatarios  
figit.

§. 96.

Coadunatis Creditoribus, praememorata Instrumenta atq.  
si Debitor Mercator fuerit, etiam ejus libri mereantiles ab  
ipso Juramento legitimandi et roborandi, ab eis attente  
perustrantur, praecipue posteriores actus duobus Merea-  
toribus ruminantur, tandem recta bilance proportio inter  
statum Activum et passivum eruitur.

§. 97.

Si differentia exigua fuerit, a Conventione Creditorum  
cum Debitore dependet an huic dilatio concedenda, vel cer-  
ti solutionis successive termini praefigendi, vel etiam rela-  
xatio quodam indulgentia sit, vel vero Debitor omnibus credi-  
toribus per fidejussores sufficientem Cautionem prestare  
debeat.

§. 98.

Creditorum suffragium ab invicem differentibus pluralitas  
decidit, non quidem pro numero personarum, sed iuxta majori-  
tariam pretensionum. e. g. si pretensiones sex Creditorum  
4000, aliorum septem vel plurium autem tantum 3000 fuerint mi-



## L. 2. T. 3. De Institutione Processus Cridalis ab officio.

impotent, vota priorum prevalet.

§. 99.

Creditorum vero hypothecis aut pignoris [P. I. §. 188] vel privilegia privilegia prosi, pluralitate votorum pure ad moratorium, non vero ad acceptandam successivam solutionem per partes, multo minus ad relaxationem cogi possunt.

§. 100.

Creditoribus nec cautionem a debitore fore oblatam acceptantibus, nec petitam moram annuentibus, nec vero relaxationem indulgentibus, foro competit, auditus amborum partium argumentis pro et contra prolati, decidere an Moratorium applicandum sit, vel non, quod etiam ab alioribus instantibus impetrari potest.

§. 101.

Statu passivo activum multo superante, debitor ab ipso moratore exaeminandus, et aliis modis indagandum est, an non quidem nisi sui commodum et Creditorum prejudicium celaverit, vel distraxerit. Porro experiendum est, an non fidei Creditores cum debitore conspirantes falsa instrumenta proponant, in quem finem tam Judex, quam Creditores omnem attentionem et vigilantiam impendendam habent. [P. III. §. 72.]

§. 102.

Dum Creditores omnibus prememoratis factis petitioni de instituenda causa Cridali inhaerent, et Judicatus nullas fundatas rationes contrarias reperit, nec ordinatum Moratorium obstat, ea instituitur et pertractatur.

Titulus 3<sup>us</sup>

De institutione Processus Cridalis ab officio. §. 102.

## L. 2. T. 4. De Convocatione Creditorum ad Concursum.

30.

§. 103.

Dum Officio non quidem e Representatione Debitoris vel Creditoris sed alia via innoscit, aliquem Civem a re alieno valde oneratum esse, et instituta indagatione prodit, defectum ultra 12 de Cento importare jurisdictionis concernentis est. Causam Cridalem instituere, ac presentibus circumstantiis Debitorem etiam incarcerare.

§. 104.

Simili modo Judicatus partium est, dum aliquis considerabili debita passiva post se linquendo obit, vel aufugit, et heredes bonis cedant, vel nulli existunt, Concursum Creditorum ordinare, simul vero omnes ejus opes adhuc reperibiles sequestro subicere.

§. 105.

Quod Mercatores specialiter observandum est, ut si Mercator litteris cambialibus ad certum diem scriptis, vel solutioni ad destinatum terminum medio Obligatoriarum promissa non satis fecerit, nec id prestare poterit, contra eum de facto Crida aperiatur, et cum omnibus consecrariis exequatur, ac subinde Cridatarie usus fructus facultatum suarum et arbitraria dispositio cum illis interdicitur, imo ejus Merces sequestrantur, aut conquisse, fore denonantur ad curandum concedantur, in tali tunc casibus nulli pretendenti jus prioritatis vel preferentie sine inhibitione sive hypotheca vel pignore in iudicium competit.

Titulus 4<sup>us</sup>

De convocatione Creditorum ad Concursum et constitutione Curatoris bonorum.

§. 106.

Processu Cridali concluso, ordinatisque reliquis preparationibus, omnes Creditores medio Edicti Convocatorii ad fixum terminum, si cuncti in Provincia fuerint, ultra duos, si aliquot extra pro-



31. L. 2. P. 5. de affirmatione et venditione facultatum creditoris.

Provinciam degerint, ultra tres menses expositum citantur, quo singuli coram foro competente Debitoris vel eorum denominata Commissione personaliter, vel per legitimos Mandatarios comparere, suaque Documenta vel in originali vel in vidimatis legitime producere tenentur. Secus tunc absentium exhibitio postea non amplius acceptantur, nisi ardua et inevitabilia impedimenta probari poterint, eaque ante publicationem sententiae classificatoria producuntur.

§. 107.

Edictum convocatorium in conformitate vigentium Ordinationum Regio gubernio in sinuatur et inde medio Circularium per totam Provinciam publicatur. Si plures Creditori in alia Provincia degerint, Edictum etiam ibi publicatur, si vero tantum pauci et noti caeteri pretendentes existant, in vel medio sua Jurisdictionis vel immediate personaliter invitantur.

§. 108.

Si tam praesentium multo et grandes, quam status activus vastus fuerit, Creditoribus in Provincia morantibus imponitur, ut sine mora opulentem et capacem virum pro Curatore bonorum constituent, nullo tali ab ipsis reposito, ab officio constituitur, eoque post depositum juramentum administratio bonorum conceditur, si nullus Curator ad lites denominatur.

Circumstantiis vero tales moluitates non praesentibus vel non permittentibus, totum negotium ab officio requisito modo geritur.

Titulus 5<sup>us</sup>

De affirmatione et venditione facultatum creditoris.

§. 109.

Administration quocumque modo curata Inventaria

L. 2. P. 6. de liquidatione et classificatione.

32.

seu a Curatore iuxta tenorem §. 94. seu ab officio paratae sollicitudinis peritissimae, defectus circa statum tam activum quam passivum fore detecti suppleantur, affirmatio per peritos viros juratos recidetur et censetur, ac a Commissione rectificatur, nullis vero ejusmodi Instrumentis suppletibus, praeter eandem necessaria elaborantur.

§. 110.

Dum nihilominus vel Curatorius vel Curator bonorum quadam merces vel alias res nimium vili pretio aestimatas esse opinatur, etiam nova aestimatio per alios disinteressatos viros ab officio institui potest.

§. 111.

Ejusmodi obstaculis sublatis, aut nullis obviis omnia ad vendendum qualificata et destinata objecta ordine pro diversitate specierum digesto Consignationi licitationis inferuntur, deinde in determinato et publice notificato die licitatio inchoatur, et tandiu continuatur donec vel omnia vendita sunt, vel nulli amplius emtores compareant. Post singulam rem venditam nomen emtoris plurimum offerentis, et oblatum in rubricam concernentem apponuntur.

Interea res non ad Massam pertinentes sollicitè separatae afferantur §. 112.

Titulus Sextus

De liquidatione et classificatione.

§. 112.

Omniibus Creditorum Documentis eoque annexis scriptis declarationibus ac rationibus in quam Classem singulam praesentem ponere cupiant, exhibitis et ruminatis, decernuntur.



33. l. 2. I. B. De classificatione et liquidatione.

an processus summarissimus vel summarius institutus sit. In priori casu exhibita creditorum Curatori vel Curatori ad lites ea cum injunctioe comunicantur, ut sub decursu trium, vel prosequentibus circumstantiis sex septimanarum super illis reflexionibus vel exceptiones suas elaboret, simul impunitur Curatori, Curatori bonorum, Curatori ad lites et cunctis creditoribus, ut ad preficium terminum compareant, in quo de muni omnium congregatorum reciproce allegaciones verbales in protoco collantur pro se ipso omni ulteriori procedere pro et contra.

In posteriori casu aequae exhibita creditorum Curatori, si adhuc in vita et present fuerit, vel Curatori ad lites comunicantur cum preficione termini trium, vel si necessarium visum fuerit sex hebdomadarum ad concinnandas, et super singula pretenfione seorsim exhibendas scriptas reflexiones vel contraedictiones. Quae porrecto iterum ad eisdem tempus creditoribus pro edendis super reflexionibus admanuant: ha quoque exhibita rursus Curatori vel Curatori ad lites indulto aequali temporis spatio pro conclusione conceduntur.

In utroque casu Commissio e dabit et argumenta reciproca partium sollicitè ruminatis opinionem suam tam circa liquiditatem quam quoad classificationem deponit, et eam una cum omnibus actis foro competentis pro dijudicando proponit.

§. III.

Postea pretenfiones productis Documentis et argumentis suffulta respectu classificationis preverfentur, et si quadam objecta non ad Massam Curatorem pertinentia reperiantur §. III. nimirum

1<sup>o</sup> Deposita ad fideles manus concredita, vel res in usum concepta, vel hypothecae aut pignora.

l. 2. I. B. De classificatione et liquidatione. 34.

2<sup>o</sup> Bona medio Contractus an nuptialis reservata et non ad comunione bonis tradita, si nempe Curatorius debita ante initium matrimonium contraxerit.

Eiusmodi objecta adhuc in natura existentia, cognito dominio directo repetentis in illis, contra classes ponuntur, eiq; restituantur, quae vero non amplius reperiantur, vel super quos pretio promissariis a Curatorio Obligatoriales acceptavit, ea naturam mutui pecuniarii induerunt, et ad classem chirographariorum rejiciuntur.

§. IIII.

Etiam dum Creditor in processu contra debitorem ante appetitam Curiam moto et de cetero favorabile Deliberatum obtinuit, id prae executioni manet pandum est. Decret. Suble de dato 30<sup>o</sup> Apr. 1796. No 2724.

§. IIII.

Reliquae liquidae pretenfiones pro earum qualitatibus et conditionibus in diversis classes distribuantur.

§. IIII.

Ad primam Classem ponantur:

- 1<sup>o</sup> Pecunia arariales, ut Contributio et redditus camerales.
- 2<sup>o</sup> Proventus seu fundi publici.
- 3<sup>o</sup> Taxa judiciales et expediturae.
- 4<sup>o</sup> Mercedis famulorum et Ancillarum, exceptis talibus super quibus heret Obligatorias cum promisso interfusorio expedient, ut et alia heret mutuo data pecunia, quae in chirographaria debita pertinent.
- 5<sup>o</sup> Salaria Curatorum bonorum, ac ad lites, et alia circa negotium Curiae necessaria expensa.



P. II.  
35. L. 2. F. B. de classificatione.

1<sup>o</sup>, Sumtus funerales Creditarii fore mortui, et solutio pro Medicamentis in ejus ultimo morbo applicatis, ut et Medicis pro cura in eodem. Ejus modi vero restantia de morbis et temporibus pristinis instar aliarum preteritionum pecuniarum in conuenientem classem retriuntur.

§. III.

Ad secundam Classem pertinent:

1<sup>o</sup>, Bona pupillorum Creditario qua Tutori concessa, quorum restitutio vel bonificatio omnibus aliis, quamvis hypotheca, tamen tantum post susceptam tutelam assecuratis anteponantur. Si vero Creditarius ab alio Tutore pecunias pupillares mutuo levaverit, hic qua Creditos considerat, et spem nullam ad eum regressus conperit.

2<sup>o</sup>, Pecunia ecclesiarum vel aliarum fundationum, a Creditario qua curatore administrata. Si vero Creditarius ab alio Curatore ejusmodi pecuniam mutuo levaverit, evictio huic incumbit, idque pro Creditore respicitur.

3<sup>o</sup>, Summa ad expressas hypothecas vel pignora mutuo data, in quantum valor debitum non superat, nam si ille magis quam hoc importat, superfluum ad Massam pertinet. Si pignoris pretium genuinum debiti summam haud adequat, defectus ad Classem Chyrogaphariorum remouetur. Hic notandum venit

a, Si debitor alicui Creditori omnes suas opes pro hypotheca generali, alii vero quandam hypothecam specialem expressam inscripserit, vel pignus tradiderit, hic ad id jus potius et exclusivum habet.

b, Si res eodem tempore uni Creditori qua hypo-

P. II.  
L. 2. F. B. De Classificatione.

36.

hypotheca inscripta, alii qua pignus tradita fuerit, posterior privilegia gaudet, si vero duplex inscriptio seu oppignoratio successiue facta fuerit, prior tempore potior jure est.

4<sup>o</sup>, Pretensionet in conformitate descripti Regii die 25<sup>o</sup> Junii 1751. emanati in tabulato vel in protocollo pro notate, quo omnibus non in tabulatis, quamvis veterioribus, aut hypothecis inimicis preferuntur.

5<sup>o</sup>, Legata et fundationes, que predecessores reliquerunt, et a Creditario solvenda fuissent, non vero quod ipse author est, quippe que ad ultimam Classem pertinent.

§. III.

Tertiam Classem ingrediuntur:

1<sup>o</sup>, Bonificatio pretii non amplius presentium Depositorum, vel ad usum commodatarum rerum.

2<sup>o</sup>, Omnes Assignationes Cambiales, utpote

a, littere Cambiales formales seu proprie tales, quarum exsolutio in parata pecunia ad alicum locum denominatum assignatur.

b, Cambiales sicea Mercatorum super Mercibus et fabricis internis, vel a Manufacturistis uno anno ante apertam Creditam acceptis, cum assecuratione solutionis in loco commorationis Creditoris et Debitoris prestando expedite.

c, Cambiales a Fabricis ipsi vel Fabricatoribus vel Manufactoribus ad alios negotiatores super pecuniis ipsi in ultimo anno ante lapsum Creditoris Directo

Dum Summa omnium ejusmodi preteritionum fundum ad



## 37. L. 2. t. 6. De Classificatione.

ad earum deputationem applicabilem superat, defectus ad singulas proportionem geometrica repartitur, et ab eis subtrahitur. Exempli gratia

	Pretenso.	Defalcatio.	Solutio
Titii	100x	f. 10x	f. 90x
Cari	20x	" 2x	" 18x
Publii	75x	" 7x 50.	" 68x 30.
Lupi	32x	" 3x 12.	" 28x 48.

Summa f. 227x. — " 22x 42. f. 205x 18.

§ 119

In quartam Classem veniunt.

1. Preteniones, tam Capitalia quam Interfusoria complectentes documentis legitimis, at non in tabulato f. §. 117. pto 4. j. tenet quo tamen producentes, obstaculis fore se exentibus, etiam juramento affirmare tenentur, se ratione illarum nec a re parato nec alijs rebus contentatos esse.

2. Preteniones non quidem scriptis documentis verum tamen sufficientibus testibus vel propria debitoris recognitione, vel denique etiam juramento suppletorio probate.

3. Defectus circa pretium pignoris, in 2. Class. §. 117. puncto 3.º mentionatus, in quantum nempe id minus importat, quam debitum.

Cuncti ejusmodi pretendentes modalitate et proportione in precedente §.º memorata, ratas suas obtinent.

4.º. Extractus Mercatorum et Opificum f. sub y. g. n. l. / in quorum legitimationem pretendentes libros suos mercantiles vel mercatorios pro censura producere, eoque authentice juramento confessari tenentur, nisi alia indicia probabilia vel plane demonstrantia dispensationem a juramento

## L. 2. T. 7. De exceptionibus contra Classificationem.

38.

juramento praeserint, postea euncti subtracta decima parte contentantur.

§. 120.

Ad quintam Classem redeuntur.

Haeredes legatarum, et donatarum Creditarum. Si vero pater Creditarum, vel testator, qui eum pro herede instituit alij legata quodam destinaverit, et eorum extradationem vel solutionem Creditario injunxerit: ejusmodi legatarii qua hypothecarii considerandi proinde 2.º Classi inferendi sunt.

Titulus 7.º mut

De exceptionibus contra classificationem et actione de prioritare.

§. 121.

In casibus, ubi aliquis creditorum, publicata classificatione, ne juxta regulas praereferatas ordinata alij vel pluribus jure prioritatis disputare sibi que vendicare intendit, modalitate judiciali in alijs causis civilibus solita proceditur.

§. 122.

Proinde intentio actoris ineto exacte notificatur, et ambobus terminus preemtorius ad comparandum suasque allegationes pro et contra proponendum et probandum praefigitur. Quibus ruminatis et cognitis, Classificatione aut in tantum alteratur, aut confirmatur: tandemque sententia ad omnes circumstantias cunctaque objecta classificationis extensa fertur et publicatur.

§. 123.

Ejusmodi decisione haud contentis via appellationis patet, verum tamen tantum juxta sensum §. 67. §. 124.



P. II.

L. 2. §. 8. De excontentatione Creditorum.

§. 124.

Interea per appellationem ejusmodi differentiarum executio sententia classificatoria in aliis partibus contradictioni non obnoxiius haud impeditur, sed tantum substrata controversa seponuntur et aservantur.

Titulus 8<sup>us</sup>

De excontentatione Creditorum.

§. 125.

Contentatio Creditorum, quorum pretensiones nulli difficultati obnoxia sunt, juxta proportionem classificatione fixam aemetitur et prestatur.

§. 126.

Primum itaque pretensiones primae classis juxta feriem ibidem praescriptam exsolvantur, si vero solutio unius aut plurimum totam Massam absorberit, intuitu ceterarum aequae ac in reliquis Classibus consignatarum nihil prestandum est: sicut e.g. liquidati Regii Perceptoris vel officialis Cameralis omnes facultates non plus quam praesensio orariale importaverit.

§. 127.

Si cunctis e prima classe excontentatis, adhuc fundus superest, pretendentes secundae classis, aequae eo ordine quotibidem sub concernentibus titulis sequuntur, ut et hypothecarii vel pignoratitii juxta temporis prioritatem: §. 117. §. 3<sup>o</sup> c. excontentantur. hic quoque subtractio, exhausto fundo, uti in prima Classe locum habet.

§. 128.

Suppetente adhuc fundo pro tertia Classe Creditorum ejusdem proportionem in §. 118. indigitata illius participes sunt. §. 129.

P. II.

L. 2. §. 8. De excontentatione Creditorum.

§. 129.

Etiams pro 4<sup>ta</sup> Classe aliquibus objectis superstitibus, ea aequae proportionem in citata §. 118. determinata dispertiantur.

§. 130.

Quid demum pretendentes 5<sup>ta</sup> Classis sperandum vel prestandum habeant, e procedentibus videri potest.

§. 131.

Si non omnes ad Massam pertinentes res vendi possunt, remanens pro suo interno valore Creditoribus illius Classis, ad quam nempe ex solutio extenditur aequae proportionem distribuuntur.

§. 132.

Creditorum usque ad contentationem reliquorum insinuationem datorum suorum penitus negligentem, amplius non audiuntur, et ab omni facultate in eadem materia quidquam ulterius querendi procluduntur: §. 105.

§. 133.

Qui miser Creditor sine consolatione plenaria manentes jure prolationis gaudet, debitorem a foro competente sibi personaliter expetendi, eum per integrum annum in domo sua tenendi, illum ad quosdam labores erga modicum vicium et amicum applicandi facultatem habet, interea vero etiam quotidie a pretensione sua tantum defalcare tenetur, quantum debitor vel alius manerit, ut aequali labore meretur, praeterlapso anno debitor sub jurata cautione de non aufugiendo, et quidquid lucrari poterit, Creditori subtractis tantum pro alimentis et vestimentis necessariis expensit, rite administrandi. Donec talis Creditor excontentatus non fuerit, alii non licet eum aggredi.

§. 134.



§. 134.

Interea reliquis creditoribus, qui, quamvis tempore nisi inuatis documentis, tamen vel nullam, vel non plenariam solutionem nacti sunt, jus supplementum defectus restantis a debitore, melioribus ejus circumstantiis, et acquisitis de novo opibus, exigendi saluorum manet, ipsique incumbit satisfactionem prestare.

Liber Tertius

De modo procedendi, cum respectu unius objecti, vel plurium connexorum, et sub una actione comprehensorum objectorum plures tam Actores quam frecti comparent, uti in processibus revindicatoriis.

Titulus I<sup>mus</sup>

De praevis observationibus ante institutionem actionis revindicatoriae.

§. 135.

Ad nudam suspicionem vel non probabilem delationem nihil rite suscipi potest. Necessarium est igitur, ut damnificatus ante litem motionem exacte experiat, ubi ab alienatum objectum sit, vel recta vestigia ad id repeniendum detegat.

§. 136.

Dum damnificatus ejusmodi indicia nactus est, et duo vel plures nulli exceptioni obnoxii testes, inter quos etiam denunciator: Kalalar: esse potest, deposito juramento fatentur, hominem ab ipsis noninatum objectum quae situm certo tempore habuisse: damnificato integrum est, eundem coram ejus foro com-

competente de evictione impetere, et ipse tenetur objectum producere.

§. 137.

Si impetratus possessionatus fuerit, quidem in libertate relinquatur, sub obligatione tamen quocumque casu exigente comparendi, et agendi, quod juris et justitiae dixerit ordo. Si vero non possessionatus, aut propria cautione non provisus fuerit, ei imponitur fidejussoriam cautionem de sistendo prestare: si autem male notatus fuerit, incarcerationatur, vel in omnem casum et eventum praesens et de plenaria satisfatione presentare tenetur.

Titulus 2<sup>us</sup>

De auspicio et tractatione causa revindicationis.

§. 138.

Si objecto quaestioni substrato, quocumque modo ad conspectum veniente, descriptio circumstantialis per damnificatum jam antea de eo facta genuina reperitur, itaque illius aspectu se ejus dominum directum esse statuit, ad depromendum juramentum cum suis testibus admittitur.

§. 139.

Si e pluribus rebus simul furto ablati tantum una vel alia millicem prodit, damnificatus etiam reliquas accurate conquire et describere, deinde tam super hac sua fassione solus, quam super reperiis una cum testibus juramentum de proprietate deponere tenetur. Sic tandem etiam reliquas ab furto pretendere, vel, si id se eas solas emisse legitime voluerit: §. 140. saltem genuinam informationem postulare potest, ubi nimirum, quando, et a quo eas acquisiverit.

§. 140.

Ad revindicandas res vitae expertes, praesertim aliquo signo speciali, ut nomine, stigmate, micaso vel iniusto, vel insigni notatas, sufficit juramentum damnificati et duorum vel trium testium, cui



43. L. 3. P. 3. P. II.  
De evictione.

qui tamen ille iannectere tenetur, res quaestioatata vere furto abla-  
tas esse, quia possibile est, quod ipsemet eas homini tempore revendi-  
cationis jam defuncto vendiderit vel oppignoraverit.

§. 111.

Circa pecus vel praesertim majus, damnificatus, si in illo  
stigma iniustum videtur fessio se, si nullum stigma cognosci po-  
test, septimo se jurare tenetur.

§. 112.

Tali proba suppetente, damnificati jus in re quidem ratum  
dignoscit, si vero factus quocumque monstrat se litigiosum objectum legi-  
timo modo ab alio emisse §. P. I. d. 3. P. 3. non solum a bonificatione  
expensarum et lucri cessantis absoluitur, sed etiam actori iungi-  
tur, ut factum sine sistendi evictoris coram ejus foro competente  
sequatur: quo etiam ipse indemnificationem suam impetret, tan-  
demque auctor detegatur: quia de jure is, qui damnum misit,  
id cum omnibus sequelis restituere vel reparare obstrictus est.

§. 113.

Dum factus si objectum litigiosum pecus fuerit, probat,  
se id in mundinis publicis observatis solitis precautionibus  
emisse, evictorem vero sistere nequit, tenetur quidem abjura-  
tum absque ulla alia bonificatione restituere, ipse tamen pre-  
lio et aliis suis expensis spoliatum manet. §. P. I. §. 181.

Titulus 3<sup>us</sup>

De evictione.

§. 114.

Dum Inopus evictorem suum actori in loco competente mo-  
sentat, et evictor a recto objecto litigioso evictionem sponte sursu-  
mit, vel ea illi re cognita judicialiter imponitur, evictor tenetur  
Ineb

44. L. 3. P. 3. P. II.  
De evictione.

Incho priori pretium ab eo acceptum restituere, a quo tamen demon-  
strato legitimo modo acquisitionis in part prioris, sine ulteriori  
bonificatione. Hoc modo primus impetitor liberatur salvo re-  
gressu ad delinquentem intuitu bonificationis expensarum  
suarum.

§. 115.

Durante continuatione evictionis, damnificato incumbit  
semper vel in persona una cum precore litioso de evictore ad evicto-  
rem progredi, vel id interea evictori erga sufficientem cautionem  
concedere, ut eo potius auctor detegatur.

§. 116.

Penas quae cum evictione valet exceptio intuitu emti-  
onis in mundinis publicis §. 113. si ea omnimode demonstrata  
fuerit.

§. 117.

Evictione ultima in tali subsistente, qui quidem objectum  
quaestioatum ab alio, at non legitimo sed suspicioso modo et clam  
emit, ut non solum ad eius restitutionem, sed etiam ad bonifica-  
tionem omnium expensarum et fatigiorum tam damnificati  
quam successorum evictorum adstringitur, excepto luero ces-  
sante, quia ob demonstratam emtionem non qua actualis pa-  
trator vel complex sufficiente ratione respici potest, sed tan-  
tum aliis circumstantiis aggravatur.

§. 118.

Ultimo evictore emtionem prolescente sed non probante, nec  
aliquem evictorem sistente, vel fors ab eo indigitato evictionem  
fundata ratione detrectante: ille auctor equis parandus est,  
si quidem summo gradu probabilitatis concludi potest, ipsum et  
fluctuum consipisse vel saltem ejus participem fuisse. §. 119.



§. 149.  
Si damnum plures res simul deperditas complectitur, et ex illis una vel aliquot apud suspiciosum vel male notatum non veniunt, qui eorum nec scire nec probabiliter indigare potest, reperiantur, et abjurantur: si tenetur etiam reliquas proferre, vel respectu omnium plenariam satisfactionem prestare: si vero ductus honestus et integer homo fuerit, et emtionem solus individuus questionati quilibet tantum in spago suo tamen modo solito celebratum probare, ac nomen, conditionem, et locum committere, et evictoris rite indigare, ipsum vero propter ereptam interea fugam personaliter scire non poterit, intuitu reliquorum objectorum ab omni obligatione munitur. c. 1. §. 109.

§. 150.  
Evictione ultima ad ipsum auctorem vel patratorem deducatur intuitu cause civilis modalitate in §. 148. recepta tractandus est.

§. 151.  
In quovis casu damnificato objectum eius revindicatum restituitur, postea juxta proportionem facultatum convicti primo, postremo emtori, legitima emtione, pretium exsolutum redditur, pretensio damnificati rite liquidata exsolvitur, tandem reliquis interessatis eorum expensae bonificantur, si nimirum fundus suppetit. dato vero defectu, pretendentes geometrice quantas ad proportionem participes redduntur.

§. 152.  
Dum in pretio vel evictor sufficienter edocet se percussit substratum e sequestro legali, cuius vagabundum subjectum et aliquandiu ibi tentum fuit, emisse, damnificatus quidem percussit.

46.  
percussit erga bonificationem intentionis, aequae ac evictor pro eo solutano pecuniam recipere, minime vero aliquam bonificationem expensarum prestolari potest.

§. 153.  
Si demum continuata evictione infallibilibus iudicij et respectu eorum concessa reabjuratio revelatur, actorem non suum recuperasse, is non solum pretensione sua frustratur, quin etiam ad cedendum objectum et refundendum alij causatas expensas et fatigias adigitur, praeterea pro circumstantiarum qualitate punitur. P. III. §. 71. Quia tamen facile contingere potest, ut similitudo rerum sensus fallat, et molimen in tali errore, non vero in malitioso proposito ortum habeat, iudicis officium est, in ejusmodi casibus prouide et caute procedere, ne inuitus nocuus ut spontaneum delictum puniatur.

Jurium.



Iurium Saxoniorum  
Pars Tertia  
de  
poenis violatorum  
personarum iuriumque aliorum  
et  
bonificatione laesionum,  
seu  
expiatione.

Partis Tertiae

Liber 1<sup>mus</sup> de quibusdam regulis circa querelas  
de injuriis observandis.

Liber 2<sup>us</sup> de injuriis calumniosis et ignominiosis

Tit. 1<sup>us</sup> de injuriis verbalibus.

2<sup>us</sup> de injuriis scriptis.

3<sup>us</sup> de injuriis realibus.

Liber 3<sup>us</sup> De violationibus gravioribus.

Tit. 1<sup>us</sup> de laesione corporis humani penitus  
sanabili.

2<sup>us</sup> de laesione corporis humani malas  
sequelas permanentes post se relin-  
quentibus et mutilatione.

3<sup>us</sup> de laesionibus corporis, honoris et  
prosperitatis per fornicationem vel  
adulterium.

Liber 4<sup>us</sup> De abalienatione rerum alius pro-  
priae.

Prævia generationes observationes.

Tit. 1<sup>us</sup> de furto clandestino eique aequipa-  
randis praeteritis.

2<sup>us</sup> de dolo malo et defraudatione

3<sup>us</sup> de crimine falsi.

4<sup>us</sup>



Tit. 1<sup>us</sup> de delictis contra statum publicum  
vel Principem.  
5<sup>us</sup> de predatione violenta.  
Liber 5<sup>us</sup> De homicidio.  
Tit. 1<sup>us</sup> de autochiria seu nece sibi met  
sponte illata.  
2<sup>us</sup> de duello.  
3<sup>us</sup> de occisione in rixa.  
4<sup>us</sup> de asassinio, vel interfectione  
insidiosa.  
Liber 6<sup>us</sup> De iniuriis et fortuitis damnificatio-  
nibus.  
Tit. 1<sup>us</sup> de lacionibus per homines.  
2<sup>us</sup> de lacionibus per animalia do-  
mestica.  
3<sup>us</sup> de casibus nocivis per objecta  
vita carentia causatis.

Liber primus.

P. III.  
L. I. De regulis circa querelas de iniuriis observandis. 1.

Liber Primus.  
De quibusdam regulis circa querelas de iniuriis  
observandis.

§. 1.

Dum aliquis alium iniuria ab eo perrepsa vel per eum elicitam  
curquit, iudicis officium est 1<sup>o</sup> genuinum statum imputati facti, 2<sup>o</sup>  
ejus causam, vel ansam suppeditatam, 3<sup>o</sup> propositum accusati, 4<sup>o</sup>  
consequentiam sollicitudine grueri et perpendere, 5<sup>o</sup> ad locum, ubi fa-  
ctum contigit, ut et ad conditionem tam querulantis quam rei eo-  
rumque reciprocam relationem attente reflectere, omnium iuxta  
statum circumstantiarum qualitatem tam satisfactionem acto-  
ris quam pro nam in eum modificare.

Nam, si e. gr. herus famulum suum verbis corripit, vel ei co-  
laphum infligit, non importat tantum, quam si famulus id hero  
faceret. Si porro officialis rusticum, vel rusticus alium rusticum  
pari modo iniuria afficit, officialis non potest in par rustici  
verberibus puniri.

In loco publico vel frequentia hominum aliquem iniuria affi-  
cere, majoris momenti est, quam si id eam fieret.

§. 2.

Dum in actu lacionis plures compliciter reperiantur, singuli  
eodem gradu et modo pro no obnoxi sunt, bonificationem vero  
seu expiationem omnes collectivae prestare tenentur caso.

§. 3.

Multo quidem pro conditione reorum convictor etiam  
in penas corporales mutari queunt, expiatio vero seu bonificatio  
iniuriarum competens in ore pendenda est, quia illis secus non  
satis fieret.

§. 4.  
Multifariae quidem sunt laciones, plerumque tamen in subse



## 2. L. 2. §. 1. De injuriis verbalibus.

Subsequentia sectiones seu titulos recipi possunt.

## Liber secundus

## De injuriis calumniosis et ignominiosis.

Titulus I<sup>us</sup>

## De injuriis verbalibus

## §. 5.

Perus honor civis status moralitate insignis consistit in bona  
validoque fundamentis innixa existimatione ingeniosorum concivium  
de ejus character et meritis, quo falsis calumnia et malitia  
sa contumelia, nec inquinari quidem, multo minus deteri pos-  
sunt, nam tantum resalientes ictus sunt nullam ignominia  
notam imprimentes nec maculam post se relinquentes. interea  
reus famen dolent, ideoque puniendi sunt, ac potius ad coer-  
cendum et corrigendum laesorem, quam ad satisfactionem  
lesae.

## §. 6.

Si ergo aliquis alium sui similem verbis ignominiosis  
in furore insultat, statim vero revocat et deprecatur, laeso alia  
satisfactio habet competere, si vero laesus eminentioris conditio-  
nis fuerit, laeser pro arbitrio iudicis punitur. §. 6. i.

## §. 7.

In casu injuriarum reciprocarum aequalium querulant,  
quavis adversarius jurgii aut hor fuerit, satisfactionem pete-  
re non potest, quia jam infenset sibi satisfecit.

## §. 8.

Injuriatus convictus vel confessus revocationem diffama-  
tionis seu in faciem querulantis emissio, seu in ejus absentia  
in vulgus sparsio temere detrectans, a iudice ad deprecand-  
um in loco publico auctoritate officii compellendus et punien-

## L. 2. §. 2. De injuriis scriptis.

3.

puniendus est.

## §. 9.

Quia alium graviorum delictorum, ut fornicationis, adulterii, furti,  
delationis, defraudationis, falsitatis, vel aliorum similium criminum  
culpatus, et revocationem recusat, petente injuriato a iudice ad pro-  
bandum adigendus, et in defectu probae in revulsionem linguae  
condemnandus est, nempe 20 flor., quot una tertialitas injuriato  
reliquo iudicis competunt.

## §. 10.

Qui hominem honeste famae publice coram foro gravi deli-  
cti accusat, factum vero imputatum non probare inhonece appa-  
rens iudicium proferre potest, penam falsionis incurrit, eandem  
nempe, cui reus in casu convictionis obnoxius fuisse, cuius  
tertia pars aere compensata infonti pro satisfactione tribui-  
tur, ceterum iudex determinat, an temerarius in aere vel in  
corpore luit. §. 10. 3.

Si vero actor verisimilibus iudicij ad delationem inductus,  
vel accusatus jam antea a iudice propter alia facinora con-  
demnatus fuerit: ejusmodi circumstantia in sublevamen acto-  
ris multum epistulantur.

## §. 11.

Temerarius sicut officialis vel propositus aut alios emi-  
nentioris characteris personas opprobrio afficere vel contra eos  
calumnias in vulgus edere non veritas proter linguae revulsi-  
onem pro delicti proportionem etiam captivitate vel alia pa-  
na corporali in exemplum aliorum publice punitur.

Titulus II<sup>us</sup>

## De injuriis scriptis.

## §. 12.



4. L. 2. §. 3. De injuriis realibus.

§. 12.  
Si quis alii in festis vel ipsi vel alii de eo obprobriationem  
scripserit talis offensio in statum similis verbalis injuria expiatur,  
et puniatur.

§. 13.  
Auctor libelli famosi si in loco publico expositi vel affixi  
delectus et convictus ad ergastulum mittendus ibique integrum  
annum vel pro circumstantiarum exigentia diutius inclusus  
tenendus est.

§. 14.  
Anonimorum delationes vel insinuationes libelli famosi  
equales censeri possunt, propterea synodici status et Ordines in lo.  
mitate Claudio poli anno regi celebratis concluserunt et con sen.  
su Augustissimi Imperatoris et Principis medicis articuli 27<sup>ti</sup>  
ordinaverunt ut exhibita subscriptione carentia nec apud Au.  
gustam Aulam nec in aliquo Dicasterio vel Instantia affu.  
niantur.

Titulus 3<sup>mus</sup>  
De injuriis realibus.

§. 15.  
Alium pro meditate assuens vel rebus fornicis contaminant  
tribus florenis mulotatur §. 3. / cuius mulota dimidia pars laeso  
cedit, proterea ille causatam forte deteriorationem vestit repara.  
re tenetur.

§. 16.  
Colaphum vel levem ictum nec vulnus nec fubet relinquen.  
tem alii infligens, vel alium capillis trahens, vel incipitulum  
prosteruens quatuor florenis in dimidietate offenso pendendis mul.  
otatur. §. 3. /

§. 17.  
Capillos alicui in fidiöse proscindens vel incidens fubicatu  
ni nonam 2 fior. laeso pro expiatione 5 fior. et in bonificationem  
forte simul causato alicui comminationis juxta determinationem.

5. L. 3. §. 1. De violationibus gravioribus

Determinationem Judicis luere tenetur.

§. 18.  
Dum quis malitiosa intentione vindictam exercendi alio.  
rum propria objecta deformat, truncat, vel deteriorat, damnum  
quantum nimirum valor rei vitiate decrevit aqua aestimatio.  
ne perpenditur, postea pro optione offensi et liquidatione fudicatus  
patriatori injungitur, damnum parata pecunia reparare, vel  
rem suam substitutam in statum anteriorem restituere, vel et aliam  
plane aequalem substituere, demum in quovis casu alterum tan.  
tum in ore inter Judicem et offensum aequalibus partibus  
dividendum pendere.

Epumodi malitiosa molinina multifaria, magis scilicet  
vero sunt, fenestral injeccio, in hortis sitientia in fitorum di.  
ruptio, vel aliarum plantarum deperditio, et arborum decotta.  
tio, nec non equorum caudatum et jubarum praecipio, quo illorum  
valori pernultum derogat.

Liber tertius.  
De violationibus gravioribus.

Titulus 1<sup>mus</sup>  
De lesione corporis humani penitus sanabili.

§. 19.  
Furpi causam suppeditanti, et primum ictum adversan.  
rio negligentem eumque vulnere vel tubere efficienti incumbit eu.  
ram et adhibita medicamenta solvere proterea laeso laboris  
dispendium computando nimirum, quantum in interea in sta.  
tu sano opificio vel alio labore acquirere potuisset, bonificare,  
et pro perpeffo dolore aequo tantum reddere, etiam omnes in pro.  
cessu et pro testibus erogatos sumtus restituere, proterea ap. puni.  
tus, nisi in se quoque ab aggresso semet defendente jam vulnera.  
tus fuerit. §. 20



## B. L. 3. T. 2. De lesione hominis permanente et mutilatione.

§. 20.

Si laesus laesorem convicio non verberare ad iriam laessiverit, at vero hic illi primum ictum influxerit, quin ipse plagam acciperit, tenetur tantum Medicum et Medicinam ut et dolorem bonificare, proterea nihil.

§. 21.

Si percussus ipsemet adversarium primum violenter aggressus fuerit, hinc vero in defensione sua nullam ultra necessitatem usque ad immanitatem excesserit, eumque vulneraverit, curam et remedia recompensare obligatus est.

§. 22.

Impetu adversarii ad moderamen inculpato tutela coacta licet illum, nullo alio modo semet salvandi suppetente, minus violare, denegata illi omni bonificatione, quin aggressus semet defendendo etiam fortis vulneratus ab adversario plenariam satisfactionem exigendi jus habet: §. 101.

§. 23.

Exorto inter duos ex inconsulto affectu disidio, quo ambo se vicissim laedunt, vel vulnerant, etiam pretensiones utriusque partis invicem compensantur, nisi forte in alterutro mutilatio contigerit, de qua in sequenti titulo agitur.

Titulus 2<sup>us</sup>

De lesione corporis humani malas sequelas permanentes post se relinquentibus, et mutilatione.

§. 24.

Mutilationes et corruptiones artuum corporis paralyticam post se trahentibus plerumque delictorum sub precedente titulo memoratorum sequelae sunt, proinde talia patrata intuitu tam circumstantiarum, quam etiam sanationis, reme-

## L. 3. T. 3. De lesione per fornicationem vel adulterium.

7.

remediorum et dolorum, temporisque et laboris dispendii, omnium denique expensarum eodem praerecensito modo dijudicanda sunt, additis vero adhuc expiationibus vel bonificationibus ejusmodi causatorum malorum, quas semper laeser sine reflectione ad auctorem altercationis prestare tenetur, nisi ipse in casu et necessitate moderaminis inculpato tutela constitutus fuerit: §. 22.

§. 25.

Expiationes magis solite in sequentibus consistunt:

- 1<sup>o</sup> pro detruncata vel plane inutili redita manu.
- 2<sup>o</sup> pro delumbato ad eundem inepto facto pede.
- 3<sup>o</sup> pro fracta costa.
- 4<sup>o</sup> pro efosso vel lumine privato oculo.
- 5<sup>o</sup> pro redimenda lingua

singillatim viginti floreni.

porro

- 1<sup>o</sup> pro aure defecata.
- 2<sup>o</sup> pro mutilato vel subnervato pollice

singillatim decem floreni.

denique

- 1<sup>o</sup> pro quovis mutilato alio digito
- 2<sup>o</sup> pro singulo dente eliso

quinque floreni.

Titulus 3<sup>us</sup>

De lesionibus corporis, honoris, et prosperitatis per fornicationem vel adulterium.

§. 26.

Lesio alius illiciti voluptatis exercitii non quidem propositus, veruntamen plerumque fere experientia naturalis sequela est. Plerumque ad talem hallucinationem blanditus et am-



## 8. L. 3. P. 3. De lesione per fornicationem vel adulterium.

amoris sinceri contestationibus antea honesta et casta puella ab amatoribus et impregnatoribus suis tandem gravida rigide deferuntur, et tam ab eis, quam ab aliis despiciuntur. Oportet igitur eas majorem vite sue partem in contempta, tridiosa et sterili solitudine transigere, imo proter hoc etiam proles sine paterno subsidio nutrire et educare, quod quoque fors in hoc mundo tristis est. Quaedam ejusmodi mulieres tandem obtuso semet in pernicioso excessu precipitantes sacrificant. Aliquando honestas quoque virgines aequale fatum obruit: propterea veteres Sacerdotes in ejusmodi delicta, salubri mentione ea propediendi, et dira mala ex illis oriri solita precavendi, graves penas statuerunt.

## §. 27.

Siquidem ejusmodi actiones in opaco fieri solent, circa eas quidem clara proba difficile inferri possunt, interea tamen etiam aliquando contingit, ut alii quidquam animadvertant. Et quia sine confessione rei, vel sufficiente testimonio nihil judicari potest, prius tam Actricis quam Inctus, suscitata severis allocutionibus utriusque conscientia explorare, et circumstantias accurate, et in quantum possibile fuerit testimonium eruere necessarium est.

## §. 28.

In simulato, nec factum imputatum confitente, nec solido a proba convicto, sed Actricis tantum duobus vel tribus testibus demonstrante, illum ipsam frequentasse, et orebris osculis et amplexibus certum amoris indicium edidisse, vel cum ea in locis separatis, aut nocturno tempore conversatum esse: Actricis juramentum suppletorium conceditur, et Inctus pro auctore repa-

## L. 3. P. 3. De lesione per fornicationem vel adulterium. 9.

reputator. Si vero Actricis non satis probabilia indicia propalare poterit. Inctus prius severe ad evitandum perjurium adhortatus, ad juramentum purgatorium admittitur, si non fuerit ausus jurare, pro auctore habendus est; si vero Actricis qua libidinosam persona nota fuerit, et nihil probaverit juramentum purgatorium renittendum et Inctus sine eo absolvendus est.

## §. 29.

Si impregnata antea honesta et casta virgo aut vidua fuerit, reus confessus vel convictus 2/4 fno deponere tenetur, e quibus 3/4 pro info, & pro Actricis titulo poenae Judicatum manent, reliqui 1/4 fno Actrici pro educatione spurii traduntur.

## §. 30.

Actricis pro mentionato conditionis et qualitatis fide dignis testibus, vel scripto Instrumento nisi simulati probante, eum conjugium spondidisse, vel eam formalitate solita in sponsam petidisse, ac proinde complementum promissi exigente, Judicatur, si ambo aequalis conditionis fuerint, Inctum ad inendum cum Actricis matrimonium admonere, et in casu reventis auctoritate officii cogere, vel ulterius quoque renitentem ad homagium hostium deponendum condemnare debet, quorum unam tertialitatem Actricis, reliquas duas Judicatur obtinet.

## §. 31.

Preterea ab Actricis formali asseratione connubii, vel petitione in sponsam non probata, sed tantum declaratione Incti, intentionem habuisse sibi illam desponsandi, demonstrata, info vero negationi inhorrente, ei juramentum purgatorium imponitur, quo depositio tantum juxta §. 29. tractatur.

## §. 32.

Si in simulatus impregnationem non suspecto persona sibi



10. L. 3. §. 3. De lesione per fornicationem vel adulterium.

sibi imputatam negare nequit, at vero demonstrare potest, se ab impregnata allectum et seductum esse, tam et quam ea iudicatu sui §. 32. is vero illi nihil pendit.

§. 33.

Cum persona lativa repetita fornicationis notoria concumbens, illi nihil, sed tantum iudicati §. 32. deponit, illa vero virginitas extra jurisdictionis circulum abigitur.

§. 34.

Inimulatus factum negans, imo probans actricem tempore conceptionis ab ipsa et indigitato cum aliis conversationem suspectam vel plane coniunctionem exercuisse, absolvitur, ipsa vero §. 32. pendet.

§. 35.

Si quis honestam personam muliebrem ligando, vel ei aliter secum instrumentis horrendis necem minando, vel aliorum auxilio supprimendo stuprat, et ea superinde, si in campo obruta fuerit unum, si in pago, oppido, vel urbe duos sester produce, re potest, et iuramentum suppletorium deponit, tam paterator quam ejus complices, ad poenam gladii vel homagium 40 §. 32. condemnantur. et offensa expiatio 20 §. 32. vel pro circumstantiarum qualitate plurimum ad iudicatur.

§. 36.

Calets personam muliebrem violento molimine rapiens, mistar stupratoris potentiosi punitur §. 35.

§. 37.

Adulterium adhuc peiores sequelas habet quam fornicatio: saepe enim ruinam et perniciem totius familiae post se trahit: ideo majores adulteri reus gravissimas poenas, imo pro circumstantiarum qualitate supplicium irrogantur. Siquid

L. 3. §. 3. De lesione per fornicationem vel adulterium.

Siquidem vero etiam in actione de adulterio falso imputationes possibiles sunt in defectu valida proba, qua infundata rejiciantur.

§. 38.

Dum ergo impregnata persona maritum facti arguit, etiam probata coniunctione secum carnali, tamen juramento quoque contestari tenetur, se cum nullo alio viro coitum habuisse, postea ille ei, si coelebs fuerit, 18 §. 32. pro educatione prolis, et iudicati eiq. 18 §. 32. mulctam pendere obstringitur, si vero gravida useor alius mariti fuerit, a reo nihil capit, sed tamen convictus quam confessa, adeoque pari culpro obnoxii, uterque separatim caput 40 §. 32. rebimere, aut si conjux alterutrius delinquentis divorcium postulat et adipiscitur, omnes expensas processuales bonificare, protereaq. consorti disjuncto occasione divisionis quartam partem suarum opum pendere cogitur §. 3. §. 17. relaxato tamen homagio. Etiam in casu adulterii simplicis a persona thoro juncta cum coelibe coniug. si idem respectu prioris locum habet.

§. 39.

Inimulante sive gravida sive non, plane nihil probante, nisi inimulatus maritus in negatione perseverans absolvitur, illa vero ad revocationem et redemptionem lingua condemnatur. Etiam, si vero indicia aggravantia probaverit, tamen non actrici suppletorium sed Incto purgatorium iuramentum competit, siq. hic ab inculpatione, et illa quoque poena absolvitur, sub obligatione tamen aeterni silentii. Quo temerato et diffamatione renovata, ea virgis vel flagello verberata e loco commorationis relegatur.

§. 40.

ii.

+ necessarium est, ut omnia momenta rite probentur



P. III.

12. L. 3. T. 3. De lasione per fornicationem vel adulterium.

§. 110.

Uxor non gravida tamen a marito suo adulterii accusata eodem modo legali factum imputatum valide probari debet, sicut absolvenda est: quia prolatis etiam contra eam indicis apparentibus, tamen ad huc se juramento purgare et licet. In for talia vero indicia ultionea prodictio aliis se cum ea commixtionem habuisse computari nequit, quia vindicta subvertari potest.

§. 111.

Si vero uxor in notoria mariti absentia impregnata fuerit, adulterium per se luculenter patet, vel si maritus tempore conceptionis quidem domi, at juxta testimonium Medici aut aliorum fide dignorum testium valde egrotus et ad generationem incapax fuerit, ei juramentum super eo, quod ipse interea vere cum ea concubitus non esset, conceditur. Tam in allegatis, quam in aliis sufficientis convictionis capitibus reus aequalibus tractationibus in §. 38. recensitis obnoxius est.

§. 112.

Dum maritus cum celibe muliebri sexu, vel uxor cum celibe masculini sexus, sola prius conventionem auferat, et ambo aliquandiu alicubi incogniti peregrinantur, tandem vero produntur et accersuntur, maritus vel uxor ad petendum conjugis divorciatur et e patria relegatur, coelebs vero annum in tergram pane et aqua in ergastulo tenetur.

§. 113.

Si autem uxoratus cum conjugis alius consentiente fugam eripit, et ambo in loco ignoto una degunt, postea vero rediguntur, ille exterminatur, haec usque ad obitum captiva manet.

§. 114.

P. III.

L. 3. T. 3. De lasione per fornicationem vel adulterium. 13.

§. 114.

Maritus personam celibem invitam rapient ad dies vite carceri injicitur, compeditur vincitur, at uxor em alius violenter subducens capite plectitur.

§. 115.

Verum enim vero intercessio nisontis conjugis intuitu quorundam delictorum in aliquot antecedentibus §. 5. memoratorum Judicialem et motivum ad mitigandam poenam rei praebere potest.

§. 116.

Si pater cum sua filia, vel socer cum nuru, vel filius cum matre, vel gener cum socra, vel frater cum sorore vel cum fratris uxore, vel avunculus cum fratris vel sororis filia incestum commiserit, pars seducens ad viginti annos, seducta ad quindecim annos carceri separato includitur.

§. 117.

Patrefacto delicto praederaftica duo hominum masculini sexus, seductor usque ad mortem carceri vincitur injicitur, seductus vero aequo ad dies vite e provincia expellitur.

§. 118.

Cum pecore foemineo bestiale flagitium perpetrans prius baculo publice verberatus e sede vel districtu migrare et decem annos continuos abesse cogitur.

Nota. Hujusmodi delinquentes in temporibus anterioribus capite prius plexi comburebantur, illa poenam vero abrogata est.

Liber quartus



P. III.

14. L. II. Prævia generalis observationes circa furta

Liber Quartus  
De alienatione rerum alius hominibus propria-  
rum.

Prævia generalis observationes.

§. 49.

Circa delicta furti 1<sup>o</sup> intentiones et preparationes furtis  
2<sup>o</sup> circumstantiæ sub quibus furtum patratum est, 3<sup>o</sup> ejus se-  
quela, 4<sup>o</sup> qualitas et quantitas objecti delicti, in considerationem  
sumenda et pro possibili accurate emenda sunt.

§. 50.

Potiora indicia congrua et probe plerumque jam in tracta-  
tione cause civilis, ubi nempe actio damnificati duntaxat non  
circumdanda indemnitate pro seipso habet, prodeunt. Dux postea  
etiam in processu fiscali seu criminali opportune applican-  
tur. Si nihilominus adhuc quædam momenta deficient, vel de-  
siderantur, ea missitatis ab officio inquisitionibus suppleantur,  
tandemque præna delinquentium e motibus ex ejusmodi actis  
de promissis decernitur et determinatur.

§. 51.

In dictamine prænarum vel supplicii semper leges præ prin-  
cipali Cynosura habende et applicanda sunt. momenta vero  
propter multifariam et nimiam delictorum diversitatem in le-  
gibus non satis determinata reperta sapienti et justo iudicis  
arbitrio dijudicanda relinquuntur.

Titulus I<sup>mus</sup>

De furto clandestino, eique æquiparandis patratis

§. 52.

Damnificatus, quamvis pecore vel rebus ablati via com-

P. III.

L. II. De furto eique æquiparandis factis.

15.

conspirationis recuperatis, aut damno plenarie resarciato, ta-  
men fuerunt defectum cum omnibus cognitis ipsi patrati circum-  
stantiis iudici denunciare tenetur, ut delinquentis iuxta propor-  
tionem criminis in sui emendationem et aliorum præcautionem  
publice puniatur.

§. 53.

Fur pertinaciter negans Testium passionibus tamen con-  
victus severius punitur, quam poenitente confitente, vel ante liti-  
gationem damnificato satisfaciens.

§. 54.

Cæro cum effractione ædium vel templi et sermiorum  
vel arcarum res miratorum auferent, pro gradu vel quantitate  
delicti unum vel plures annos in carcere tenetur, et in quibus-  
dam periodicis vel terminis publice verberatur. sacrilegus vero,  
nempe res ecclesie vel ad sacros usus destinatas rapiens duplo  
poena subicitur.

§. 55.

Alcum furti causa expediens imponendo ei, ut ablatum  
ipsi adferat, eodem modo culpabilis et puniendus est, ac si ipse  
commisisset, nihilominus etiam expeditus patrator, qua complexa  
præna, leniori tamen afficitur: ad prævat enim, iniquas et impi-  
as actiones nihil obligat.

§. 56.

Furi iuvatione, consilio, vel adiutorio ad committendum  
furtum assistent, vel ablata objecta conniventer celant, aut di-  
strahunt, vel scienter clam ement, aut dona gratuita furtiva  
accipient, cum patratore eadem culpa et punitioni subiacet.

§. 57.

In pagis abscondite vel nocturno tempore, aut in campo  
a suspectis hominibus vel plane a notoriis furibus pecora vel



16. L. II. Ti. de furto eique equiparandis factis.

vel alias res ement, qua celator et distractor animadvertitur. l. 6. §. 183.

§. 58.

Excipiens fures sibi notos hospitio, de eo convictus tenetur ipsos, si alicuius maleficii in re a patratu eis imputati iudicia se exeruerint, ad proficuum terminum sistere, vel res iuxta valida documenta per eos ablatas procurare, et damnicatis restituere, vel vero eis plenam satisfactionem prestare, et insuper penam luere.

§. 59.

Qui fures in facto delicti, vel jam patrato cum corpore delicti fugientat offendit, et non apprehendit, aut si id impossibile fuerit, vulgus ad eam persecutionem illico non excitat, se furti participem reddere videtur, proinde quoque penam meretur, praesertim vero si ab eis largitionibus corruptus fuerit. Tamen respectu huius et precedentis §. exceptio valet: si nimirum inter conniventem et furem tam arcta necessitudo subversaretur, ut sibi invicem nec pro nec contra testificari eis liceat. l. 6. II. §. 38. etiam statuta obligatio cessat. Quemadmodum enim contra sanguinem suum testimonium perhibere non convenit, ita etiam eum prodere nefas est, et nature adversatur.

§. 60.

Vagabundus notorius in pluribus locis jam antea obfurta puniatur, tamen non emendatus, sed iterum in repetito furto apprehensus, si id confiderabile fuerit, ad captivitatem sempiternam, aut pro gravitate delicti ad patibulum condemnatur, furto vero non tanti momenti respectu, furi stigma per Carnificem

L. II. Ti. de furto eique equiparandis factis

17.

Carnificem publice miritur, ut quicquid sibi de eo caveat, isque e Circulo ejus Jurisdictionis ad tres vite relegatur, si postea iterum recentis furti convictus fuerit, patibulo affigitur.

§. 61.

Captivus sufficientibus testibus aut antea actis unius vel plurium Jurisdictionum variorum furtorum graviorum, scilicet septem vel plurium pecorum majorum convictus, ad mortem usque detinetur. In legibus veteribus ad ejusmodi delicta supplicium laquei positum est, quod si evaserit, et demum ob furta recentiora apprehensus fuerit, in eo exsequendum est.

§. 62.

Qui fundum alienum in scio et invito domino proprio ausu occupat, et tandem usurpat, usque dum propterea impeditur, eum vero tunc statim inunctantei cedit, tenetur Contributionem et annum censum adequatum, nempe de jugero foeneti dimidii, etatem procreationis in uno curru foeni, et dimidio curru corbidum datum fuerit, de jugero agri vero capacitatem in feminatationis nempe duos cubulos, e campo hibernali tritici, e vernali avena computando rite, exceptis tamen annis calcaturae quiescentis prestare tenetur, finis non imputato, a poena vero immunitas manet prestata satisfactione.

Si autem talis usurpator renitens de iniusta occupatione coram foro conventus et convictus fuerit, tanquam fur puniatur.

Qui contra fundum alienum ex errore proprio colit, a culpa immunitus est. l. 6. III. §. 63.

§. 63.

Si quis depositum sibi concredidit, vel ad usum commodata

obje



P. III.  
18. L. 4. §. 2. de dolo malo et defraudatione.

objecta, aut a debitoribus data pignora, proprietariis iuribus  
distrahit, et restituere nequit, furti reus est, et pro qualitate  
aut quantitate objectorum punitur. Eari modo etiam infidelis  
oeconomus, bona vel proventus heri in propriam utilitatem  
convertens, vel profundens.

§. 64.

Invenient res ab alio amissas et non denunciant iuxta P.  
i. §. 133. et 137. furtum committit, et commensuratae poenam me-  
retur, quae exasperatur, si dominum inventae rei sciverit, et ta-  
men eam occultaverit, et non restituerit.

Titulus 2<sup>us</sup>

De dolo malo et defraudatione.

§. 65.

Vendens Merces suas iusto leviori pondere vel minore Mensura, pre-  
tium acceptum emptori restituere tenetur, nisi per res vendita confi-  
scatur et eius una tertialitas denunciandi, reliqua dua iudici tri-  
buuntur: non fecus et pondus vel Mensura admittitur.

§. 66.

Etiam res corrupta, vel vitiosa cum assurance pro integritate  
aut perfectis vendita confiscantur, praeterea pretium pro illis solu-  
tum a venditore defertur et emptori restituitur, eidemque una ter-  
tialitas confiscandi tribuitur, reliquis duabus pro iudice retentis.  
Venditori praeterea, se quoque res in eodem statu emisse nihil opi-  
tulari: etiam si enim ipse deceptus esset, tamen ei ideo aliter  
quoque defraudare nequaquam licet, sed incumbit res pro ea-  
rum recto et iusto valore, penitus inutiles vero plane non vendere.

§. 67.

Merces studio adulterant, et pro genuinis et puris vendunt.

P. III.  
L. 4. §. 2. de dolo malo et defraudatione.

19. vendens res vitiatas venditas, restituito emptori pretio pro illis per ce-  
pto, amittit, nisi per dimidietate ejusdem pretii e propria bursa  
pendenda mulctatur, unde et emptori et iudici competunt, vendi-  
tori praeterea sub poena confiscationis totius quantitatis vel  
Massae interdicatur eadem amplius quidquam vendere.

§. 68.

Res villoris materiae et valoris pro pretiosis, ut deauratas  
pro pure aureis, margaratas pro massis argenteis, falsas gem-  
mas pro veris, in pretio genuinitate ejusmodi objectis ad aequale aut  
altas Merces exiles fraudulentet extollendo longe ultra valorem  
vendenti, praeter confiscationem venditi et restitutionem acce-  
pta pecuniae etiam bonificatio omnium expensarum et fa-  
ligiorum adversae partis, et in super Captivitas ad dies octo mi-  
ponitur.

§. 69.

Unum idemque bonum vel objectum pluribus fraudem ta-  
men ignorantibus, pro hypotheca vel pignore inserbens aut  
vendens ita censetur et animadvertitur, ac si id a priore furto  
ab alienasset, et alteri qua alienum bonum tradidisset.

§. 70.

Ab homine sui juris non compele res quaedam villori, pre-  
tio quam vere valent, emens aut per cambium accipiens, amittit  
rem et pecuniam solutam vel objectum permutatum, qui porro  
a tali oblata bona accipit, tam ea restituere quam eorum pretii  
dimidietatem pro mulcta pendere tenetur §. 1. d. 2. §. 71.

§. 71.

Qui denique a similibus vel etiam sui juris non compe-  
tibus hominibus sub prestigiosis praetextibus et sollicitatione vires  
in posteriori superante vel physice impossibili pecuniam vel alias  
res elicit et aufert, is ad plenariam restitutionem cogitur, postea



P. III.

20. L. 4. §. 3. de Crimine falsi.

postea per canonicam columnam infamam alligatus baculis iectibus  
oneratur, et e loco et circulo jurisdictionis expellitur in exili-  
um perpetuum. §. 72.

Si Creditarius e rebus ad Massum civitatem pertinentibus  
quasdam amoverit, et occultaverit, qua facta, et si juramento affi-  
maverit, se omnia rite exhibuisse et nihil celasse etiam qua  
perjurus consideratur, eique pena pro rerum et circumstanti-  
arum proportione irrogatur. Etiam ei adspiciunt, vel se pro Cre-  
ditore falso misivans, ut facta animadvertitur. P. II. §. 101.

Titulus 3<sup>us</sup>  
De Crimine falsi.

§. 73.

Judex largitionibus corruptus sententiam aperte iniustam ten-  
gibusque contrariam pronuncians, culpa imputata sufficienter pro-  
bata ab officio ad tres vite amovetur ac ad prestandam in fontem  
plenariam satisfactionem convincitur. Eiusmodi beneficium eti-  
am subici de denegata vel non administrata justitia cum suffi-  
ciente proba accusato incumbit sine tamen amissione officii.

§. 74.

Qui in sua propria causa, deficiente alio testimonio, ad in-  
dicia proxima a iudice concessum juramentum suppletorium de-  
ponit, eigo postea perjurium solide demonstratur 20 annis mul-  
tatur, et omne damnum alij causatum reparare cogitur. P. II.  
§. 153. Insuper ad Testem coram foro agendum incapax redditur.  
P. II. §. 99.

Si verolitegans adversario suo juramentum propria sponte  
concesserit, illi actio de perjurio contra hunc non competit.

§. 75.

Sunt etiam plura multifaria, alij valde nocua crimina.

P. III.

L. 4. §. 1. De delictis contra statum publicum vel Principem. 21.

Crimina falsi, ut

1. Perjurium testis, ardua ipsi nota ad meritum causa facientia  
momenta subterfugis, vel circumstantias fictas aut falsas dicentis.  
Aut falsum testimonium scriptum fide mediantem expeditum. Non se-  
cus ejusmodi testimoniorum per corruptionem et acquisitionem et applicatio.

2. Fabricatio aliorum instrumentorum scriptorum falsorum in forma au-  
thentica fallaci, ut sunt: littere obligatoriae, signotatitiae, cambi-  
ales, quietantiae et recognitionales, Contractus, Testamenta, Dona-  
tionales, vel litterae missivae periculosi contenti sub alieno nomi-  
ne variata manu confectio.

3. Adulteratio originalium authenticorum, eradendo numerosos  
verba vel nomina et alia inscribendo, ut et falsorum sigillorum impressio.

4. Occultatio vel abolitio originalium alij proprietum, aut  
Instrumentorum communium.

5. Apertio Epistolarum alienarum sigillo clausa ejusque retentio et  
mala applicatio.

Omnia memorata et alia similia delicta sempiterno ac-  
tio extra provinciam corriguntur, nisi momentosa reflexiones  
in aliquo casu mitigandi causam suppeditaverint.

Titulus 4<sup>us</sup>

De delictis contra statum publicum vel Principem.

§. 76.

Crimen laesa Majestatis sive perniciosus insidias aut conjura-  
tione contra personam Principis molitum, sive violento aggressu  
patriatum, sive excitatione vulgi ad rebellionem commissum,  
ademptione omnium dignitatum, confiscatione omnium bonorum  
et supplicio dissectionis corporis delinquentis in quatuor partes  
punitur, nisi in seipsum Princeps mitigationem indulget.

§. 77.

Qui publicam Cassam sibi rite administrandam conerebitam



22. L. 4. P. 4. de Delictis contra Statum publicum et Principem  
 concreditam spoliat, is officio suo quoque cum infamia privatur, et  
 iuxta proportionem defectus vel ad longam annorum seriem, vel  
 ad dies vite ad captivitatem, vel vero ad supplicium mortis da-  
 mnatur.

Qui contra e furti Cassa cum effractione pecuniam rapit,  
 laqueo publice jugulatur, nisi utroque casu redintegratio lossa Cas-  
 se e bonis delinquentis procuratur.

§. 78.

Falsi conductores Tyrannum in rationem exteri Principis ex  
 omnibus Ditionibus sui Principis exterminantur.

§. 79.

Pravariantes contra Ordinationes speciales Principis a-  
 gentes, pro qualitate delicti et delinquentis vel cassatione ab  
 officio, vel multa, vel captivitate et verberibus castigantur.

§. 80.

Cusores adulterarum monetarum, vel fabricatores falsarum  
 schedarum bancallarum pro ratione circumstantiarum multan-  
 tur et exterminantur, vel vero decollantur.

§. 81.

Negotiator Mercibus prohibitis extraneis Commercium clan-  
 cularium exercent, eis pro confiscationem privatur.

§. 82.

Milites fugitivos celantes vel promoventes, eos reducere  
 vel id proflare nequeunt alios ad servitia militaria idoneos ty-  
 ronet illis substituendos presentare, aut si ejusmodi desertores, pro  
 alios deprehensi et restituti fuerint, determinatam sagliam, et in  
 quovis casu omnes connectas expensas bonificare, pretereaque  
 comensuratum penam pati tenentur.

§. 83.

L. 4. P. 5. De predatione violenta.

23.

§. 83.

Etiam delinquentem Captivum ad evadendum e Carcere adm-  
 niculans omnes inde orientis sumtus et delinquenti inhorentes pro-  
 tensiones bonificare tenetur, nisi per penam corporali afficitur. Pari  
 modo tractantur conversantes et negotiantes cum latronibus:  
 Quia in utroque fortis casibus securitas publica periculo exposi-  
 ta est.

§. 84.

Qui in domo vel habitatione sua lenocinium tenet, et lasci-  
 vis meretrices pro taseis suppeditat, ad Carceres, qui vero felicit suas  
 ad ejusmodi facinora applicat, ad 10 annos, qui denique propri-  
 am uxorem obsceno usui alios subiecit, ad 12 annos in ergastulum  
 mittitur. Quia occasione ad talia scelera prebendo publico  
 quogonocet, nam ea et mores corrumpunt et valetudinem labe-  
 factant, nisi plerumque lues diuturnas alios quoque infirmos  
 post se trahunt, et dispergunt.

Titulus 5<sup>us</sup>

De predatione violenta.

§. 85.

Multifaria quidem sunt spoliaciones potentiosa potissi-  
 mum tamen subsequentes tres categorias generaliores redigi  
 queunt.

1. Leviores sub preteatu juris proprietatis committi solite
2. Graviores nullo juris preteatu facte periculosis minus et pro-  
 parationibus exerceite.
3. Gravissima sine omni preteationis idea diris afflictionibus  
 et interfectione spoliatorum exerceite.

§. 86.

Ad primam categoriam pertinent sequentes:  
 1<sup>a</sup> Dum aliquis objectum quoddam, quod suum esse pro-



## 24. d. 11. f. 5. De predatione violenta.

potentibus apud alium repertum potentiore ab illo arripiendo sibi vendicat non attenta momentanei possessoris ab omni suo spectu immunis protestatione et oblata satisfactione et evictione in via juris.

2. Creditoris potentiore aggressio debitoris possessioni vel securitate sufficiente provisi, et defunctio ab eo pecunia vel rerum in sui contentationem.

3. Potentiore exturbatio alius ex usu fundi ultra anni spatium pacifice possessi, eique occupatio arando aut metendo, contempta inhibitione et contradictione usufructuarum momentanei et appellatione ad viam juris.

4. Lapidum terminalium evulsio a limite et transpositio in vicinum fundum ad augendum suum.

5. Si quis pateat fenestras, ut e domo vicina fenestras, stillitium vel deflucum aquae in suum fundum obstruit, vel obstitat, aut introitum sine curru sine pedibus praedictis, vel alium ab usu putei communis praescriptioni iniuncto impedit, vel puteum implet, aut inquinat, vel vero vicino invito novas fenestras imponere molitur, vel ejus muro suum superstruit, vel eum destruit P. I. §. 119.

6. Si succumbens objectum litigiosum triumphanti medio finalis sententia adjudicatum cedere recusat et temerarie pro se retinet.

In omnibus ejusmodi casibus potentiarius processu summarissimo ad 12 filios, nullo regressu patente punitur, insuperque ei bonificatio iuxta rei statum imponitur. Si simul etiam personalis lesio occurrerit, propterea separata actio contra eum instituitur. Interea cuique patet rem quoad meritum longo vel ordinario litis processu coram foro competente in se.

## d. 5. f. 1. De autochiria.

25.

in sinuare et pertractare.

§. 87.

Inter actus potentiore secunda categoria nempe graves vires computantur

1. Stinetantium in viis publicis iniuria et expredatio mendicis atrocibus per latrones perpetrata.

2. Irruptio praedonum in domos clausas et extorsio pecuniae ac aliarum rerum pretiosarum sub comminatione torture.

Si quidem per utriusque modi crimina securitas publica periculatur necessarium est eorum perpetratores ab illis captivitate sempiterna vel pluries practicatis delictis, laqueo arceri.

§. 88.

Tertio nimirum gravissima categoria potentia sunt, dum praedones expilationem, cruenta tortura vel interfectione perpetrant. In talibus casibus poena pro delictorum gravitate usque ad contusionem medio roto, vel dissectionem in 12 partes vel parte accuto inflexionem exasperantur. Nam leges iustitiae exigunt, ut gradus poenae gradibus feelerum proportionate dimensiantur, et exequantur, ut aliis similibus malefactoribus pro exemplo serviant.

§. 89.

Etiam incendium ex proposito excitatum expilationi equiparatur, quia per id adhuc plures opibus suis spoliantur, consequenter etiam pro mensura partim intentionis, partim effectus, vel gravi diuturna, vel perpetua Captivitate vel mortis supplicio punitur.

Liber Quintus  
De Homicidio.

Titulus



Titulus 1<sup>us</sup>  
De autochiria?  
§. 90.

Quidam homines autochiriam licitam et minime delictum esse aut humant, necessarium ergo videtur, quatenus rationes in illius opinionis refutationem in compendio propalare, e quibus eam punibilem esse elucet.

Origo hominis nec a suo nec a parentum arbitrio dependet. Plures conjuges in proles despoerant sibi prolem, alii filias habentes filium, adhuc alii filius gaudentes filiam, et applicant ad seopum tendentia media, at frustra. Parentes igitur tantum instrumenta sunt, quibus natura ad producendum hominem utitur, at etiam natura ibi tantum iuxta leges ipsi a Deo dictatas et secundum ejus directionem operatur. Ergo Deus est author existentiae hominis.

Deus media ad conservationem hominum necessaria nature miseris, et homini distinctum, capacitatem, vires et rationem eadem intentione, ut illas applicet, largitus est, idque in verbo suo expresse praecipit. Ergo Deus vult et operatur conservationem hominis.

Porro Deus requisita hominum taliter instituit, ut homo pauciora sine aliorum assistentia nancisci possit, et plane propterea cuius homini obligationem imposuit alius pro possibili et viribus suis auxilio esse. Ergo vult Deus, ut nemo se ejus modi officii sociis libus subducatur.

Quem admodum itaque e praemissis luculenter patet Deum eauthorem et conservatorem vite humano esse, et cum ea intentione praememoratas inseparabiliter conseruare, ita etiam irrefutabiliter sequitur, soli ejus potestati competere eam terminare, ergo nullus homo, nisi in quibusdam casibus iudicet competentet cri-

Criminales pro exigentia justitiae et concessione Dei eam ad inveniendi facultatem habeat.

Hic quidem objici possit, quod homo omni activitate destitutus, qui itaque sibi totius mundi oneri esse videtur, per sui subtractionem ne publico plus enolumentum quam detrimenti causaret. At vero etiam in tali statu, si non e physica tamen e morali parte prodesse, et si ejus miseria sequela actionum legibus contraria fuerit, partim dictis partim exemplo aliorum ad eas abhorrendas et evitandas moneat, si vero calamitas non ex ejus culpa originem traxerit, alio patientia et constantia Deo confisa exemplo imitationis esse potest. In utroque demum casu talis infortunatus alius ad exercenda opera charitatis christiano occasione suppedita requirit.

§. 91.

Autochiria praemeditate et spontanea igitur sub nullo praetextu excusari vel legitimari potest, sed sui ipsius occisor eodem modo contra jura divina et leges positivas civiles peccat quam si alium interficeret. Quemadmodum ergo homicida supplicio interentus penes patibulum per carnificem inhumatur, sic etiam cadaver se ipsum interficientis illuc efferre et hunc mivellere convenient est.

Si vero quis mente captus vel mania obrutus sibi necem paraverit, a suis domesticis clam efferatur, et penes cimiterium sepelitur.

Inventus ac improvidus fatali casu semet vita privans solita funerali ceremonia in sepultura publica inhumatur.

Titulus 2<sup>us</sup>  
De duello.

§. 92.

In sectione precedente praemissa principia in essentia



essentialibus ad Duellum quoque, et ad quamcumque illicitam violationem lethalem relata quadrant, et ex illis naturaliter sequitur, nulli homini competere ius tam suam quam alius vitam temerarie desertum exponere vel plane adimere, quin potius cuique incumbere ejusmodi pericula sollicitè evitare et avertere.

§. 93.

Ubiq; pro universali securitate tribunalia constituta sunt, apud quae aggressus prosequitur et medelam, aut casus commensuratam satisfactionem confidenter nancisci potest. Confugium ad ea cuique patet, et plane ideo vindicta propria nemini licet.

§. 94.

Qui ergo alium ad Duellum evocat, aut sine effectu 20 fuis mulctatur: si vero evocatus injurijs verbalibus aut rebus ad evocationem ansam praeberit, ad Duellum recusaverit, poena evocantis mitigatur, eius actio contra illum de injuria in salvo manet.

§. 95.

Evocato Duellum non detrectante sed acceptante, eo vero sine interfectione praeterunte, evocatus quoque 20 fuis mulctatur, nec in considerationem venit, an alteruter vulneratus fuerit, adeoque nec casus a violatore ullam bonificationem pretendere potest.

§. 96.

Si evocans evocatum occidit, Capite plectitur, si vero evocatus prius evocantem iniuriam laessiverit, in aeternum exilium mittitur, sub poena captivitatis ad dies vitae in casu revertentis.

§. 97.

§. 97.

Si vero evocans mortuus occubuerit, evocatus Caput 110 fuis retinere, vel provinciam ad dies vitae deferere cogitur.

§. 98.

Absistentes vel sic dicti secundantes singillatim 20 fuis mulctantur, quia Duellum non impediverunt.

Etiam penes Duellum moderamen inculpate tutelo licitum et legitimum est: §. 22 & 91.

Titulus 3<sup>us</sup>

De occisione in rixa.

§. 99.

Alium sine evocatione in furia aggrediens et occidens vitam gladio amittit, quamquam ab adversario in collisione semet defendente vulneratus fuerit. Et si alii altere actionis participes fuerint, in ad homagium 110 fuis singuli condemnantur, aut eorum poena praesentibus circumstantiis mitigatur vel exasperatur.

§. 100.

Si laesus non statim accepto vulnere et in loco, sed paulatim post, non obstantibus omnibus adhibitis medicis et cura obit, trucidatoris poena pro hoc non mitigatur. Si vero laesus insanabilis non fuerit, sed laesus ob neglectam per ipsum et vel per ejus gentem domesticam curam et medelam perierit, poena factoris pro arbitrio Judicis modificatur.

§. 101.

Dum aggressus in aperto vitae discrimine versans semet defendendo ex aggressoribus unum vel plures occidit, ab omni



P. III.  
30. L. 5. T. 4. De aspsinio vel interfectione insidiosa.

omni pena immunis manet §. 22. se capite moderaminis in culpa tutele.

§. 102.

Si lese non tantum periculum minuerit, sed opportuna occasio ad evitandum, seque salvandum et adversarium suum jure conveniendi suppetierit, nihilominus is adversarium e vindicta interfecerit, capitis redemptione, vel pro circumstantiis dictamine alia gravi pena puniatur.

§. 103.

Aliquis in tumultu interempto, occisore vero sollicita investigatione non detecto, qui vis in illo momento lethalibus instrumentis armatus insidiasque particeps, relictione capitis vel alia aequali pena afficitur.

§. 104.

Qui fures, latrones vel fugitivos malefactores deprehendere nequit, ac ideo miserum, non solum ab omni culpa vacat, sed remunerationem meretur §. P. II. §. 9.

Titulus II<sup>us</sup>

De aspsinio vel interfectione insidiosa.

§. 105.

Qui aliquem ex odio, invidia vel vindicta pro meditato proposito infecit aut plane dormientem obruit et occidit, vel veneno vita privat, aut homicidium per conductos secleratores effici curat, pro qualitate aut conditione persone necato vel circumstantiarum, rota aut deorsum aut sursum contunditur, conducti complices aut patratores eidem pena

P. III.  
L. 5. T. 4. De aspsinio vel interfectione insidiosa. 31.

pena subjacent.

Si persona muliebris homicidium commiserit, vel misituerit, aliquoties ardentibus forcipibus in nudatis corporis partibus carpitur et postea decollatur.

Tamen ejusmodi pena tantum in casibus plena proba vel confessionis sine tortura locum habent.

§. 106.

Si quis vero homicidium tantum ex indicis proximis maximo gradu probabilitatis, sed non sufficiente proba arguitur, is tantum juxta circumstantias diuturna captivitate castigatur.

§. 107.

Persona muliebris infanticidii infallibilibus signis adhibitorum cruentorum metrorum, vel testium passionibus convicta, vel factum confitent per aliquot dies virgibus ceditur, et capite plectitur.

§. 108.

Si vero partum enica simulat, se infantem mortuum peperisse, et in eadem vere nullum violento necis signum animadvertitur, ea pro mensura indiciorum vel extra provinciam in exilium pellitur, vel ad dies vite carceri mitteritur, vel ab ea honorem defummitur.

§. 109.

Gravida abortum exoptans, tam ipsa, quam media parans aut procurans gladio perditur.

§. 110.

De homicidio in latrocinio commisso in §. 77. agitur.

Liber sextus



*Liber Sextus*  
*De iniuris et fortuitis damnificationibus.*

*Titulus 1<sup>us</sup>*

*De lesionibus per homines.*

*§. III.*

Hom alienam in seius fallacia similitudinis vel forme se-  
ductus pro sua occipiens nec facti culpam, adeoq; nec puniri po-  
test, sed tantum animadverto errore eam sine contradictione  
restituere tenetur.

*§. III.*

Quia honestus homo per errorem alienum agrum colit, vel  
metit, vel q; ramentum in prato defalcatur, suum proprium fundum ex  
ignorantia proterendo pro potestario vel fure reputari nequit,  
verum tamen domino sine acceptat frugis et cedere aut bonifica-  
re obligatus est, sed hic quoque illi adhibendum laborem vel semen  
recompensare tenetur.

*§. III.*

Qui iniurus et fataliter pecus domesticam alius vulnerat  
vel occidit, vel alias res frangit aut perdit, tenetur damnum cau-  
satum iuxta equam estimationem resarcire: si quis vero  
feram bestiam in domo edultam fugitivam in campo offen-  
sam vulnerat vel trucidat, nihil solvit, nec si consumserit  
vel diripserit. Eadem subversatur ratio quoad columbas dome-  
sticas libere volantes. Etiam circa apum examina eadem  
habita pretio restitutionis vel bonificationis locum non habet  
nisi apum castor examen emissum usq; ad locum adhasi-  
onis continuo persecutus fuerit.

*§. III.*

Ex improvidentia incendium excitans ipsum quoque

ruinans, per idem punitur, et ad prestandam alij bonifica-  
tionem in eapae redditus, si vero ejus opes illibata manent, ad  
reparationem damni aliorum quantum possibile fuerit, con-  
ferre tenetur.

*§. III.*

Quamvis aliquis iniurus et fataliter corpus alius ledit  
vel vulnerat, tamen in ejus sanationem necessaria expendere,  
et lase pro perpeso dolore tantundem solvere, proterea si  
membrum contractum vel mutilatum manserit, etiam ex-  
piationem juxta §. 25. prestare tenetur. Si vero lase le-  
thalis fuerit et lase obierit, lase cum ejus consanguineis  
complanare tenetur, quibus tamen ultra non fieri pretendere  
non licet.

*§. III.*

Si lase mente captus fuerit nec bonificatio nec pe-  
na locum habet.

*Titulus 2<sup>us</sup>*

*De lesionibus per animalia.*

*§. III.*

Si brutum domesticum in procreatione compressi damnum  
fecerit, vel in hortum aut conservatorum irumpendo objecta  
ibi existentia ederit vel perdidit, ejus proprietarius damnum  
bonificare tenetur salvo regressu ad pastorem sufficiente ra-  
tione subversante.

*§. III.*

Si vero ejusmodi animal vel pecus ad pasuum pulsum  
vel in e rediens per rapturam in cinctura horti vel in pariete  
conservatorij versus viam aut plateam existentem, aut per  
januam non clausam intraverit et in objectis ibi repertis e-  
dendo vel conterendo damnum causaverit, possessori horti aut



0  
P. III  
34. L. B. T. 2. De lesione per animalia.

aut conservatorum nulla bonificatio competit. Si e contra pecus per aperturam in sepe vicini non bene conservata adeoque ex epus neglectu ortum intraverit, huic refarcitio damni imponitur. Si denique in sepe campestri male condita ruptura contingit, et pecus per eam in campum cultum irruit, ei cui confectio et conservatio sepe incumbit, etiam bonificatio damni incumbit.

§. 119.

Dominus bruti aliud brutum vel hominem ledentis, obligatus est tam curam et medicamenta quam aliud damnum inde sequens solvere, nisi animal ledens rabidum fuerit.

§. 120.

Damno quocumque modo per animal causato plus quam ejus valor importante dominus id damnum tradendo se ab omni ulteriori pretensione et obligatione liberat.

§. 121.

Si vero quis animal in alium hominem aut aliquid pecus temerarie mictat, cessio ledentis animalis non valet, sed mictator tenetur totum damnum bonificare, pretereaque pro merito punitur.

§. 122.

Qui ipsum aggrediens animal domesticum in defensione vulnerat vel occidit, et testibus vel in eo defectu proprio duntaxat juramento probat se aliter salvare non potuisse, ab omni bonificationis onere absolvitur.

§. 123.

Si aliquis pecus divagari solitum ad pascuum prellit, quod omni adhibita cura pastorum in grege retineri nequit, sed

12  
P. III.

L. B. T. 3. De damnificationibus per objecta vita carentia. 35.

sed semper divagatur, et proinde pastores ejus ulteriorem curam coram proprietario et villico recusant: postea inuito illius nec ullas amplius evictione, et si disparuerit, bonificatione tenentur, summo juramento affirmant, se nescire quorsum devenerit, et ab omni culpa immunet esse.

Titulus 3<sup>us</sup>

De damnificationibus fatalibus per objecta vita carentia.

§. 124.

Si pecus in ponte in via publica sito perforato pedem fregerit, aut ob defectum cancellorum ex eo destrusum vel delapsum fuerit, officiales loci lesum pecus a damnificatione quo estimationis pretio emere, vel eum eo complanando satisfacere tenentur: pontes vero tantum ad vecturas veconomicas tempore laborum ruralium practicandas destinati extra illud tempus exempti sunt.

§. 125.

Dum in sepe campestri aut cinetura pascui jumentorum ab incolis per partes seorsivas confici solita pali minoris altitudinis quam equi mediocritas eriguntur, et sepes non ad ita pedes eriguntur, et pecus sepe transcendo se in tali palo pungit, ita cui confectio et conservatio sepe incumbit, pecus lesum si perierit, pro se servando solvere, vel si plenarie sanatum fuerit, curam et remedia ut et usum cessantem bonificare tenetur.

§. 126.

Possessor edificium ruinosi a vicino per tribunos vicinis



36. L. B. T. S. De damnificationibus per objecta vita carentia. vicinitatis aut fabricem loci ad ejus reparationem vel demolitionem ad monitus, tenetur id usque ad proficuum terminum prestare, aut si postea illa baretur et damnnum causeret, id totum bonificare. Si vero a fabricium improvisibile casu vel terra motu concussum corruerit, et vicini a fabricium ruperit, nulla indemnificatio competit.

§. 127.

Si quis domum suam intentione novam exstruendi, dirimit, et domus vicini per id deterioratur, hanc propriis sumptibus perfecte restaurare obstrictus est.

§. 128.

Nec licet parietem cum vicini pariete contiguam sine ejus assensu exstruere sed obligatio viget fundamentum tribus pedibus ab illo remotum ponere. Vicinus igitur prejudicium sibi imminens animadvertens, vicinum suum sine nota, prius amicabilem, eo non succedente auctoritate officiali arcere: Si enim contradictionem et inhibitionem tandem dispulerit, usque dum fundamentum jactum, vel ejus muro alius instructus erit, tacendo consensisse videtur; si vero in initio nec ipse nec uxor domi fuerit, potentiarius omnia in statum anteriorem restituere cogitur.

Finis.

